ዘኢዮብ፡ ሉዶልፋ፡
መዝገበ፡ ቃላት፡ ዘልሳነ፡ ግዕዝ፡
ዘውእቱ፡
ልሳነ፡ መጽሐፍ፡ ዘኢትዮጵያ፡

Sive,

JOBI LUDOLFI I. C.

LEXICON ÆTHIOPICO-LATINUM,

Ex omnibus libris impressis, nonnullisque Manuscriptis collectum;

Et cum docto quodam Æthiope relectum.

Accessit Authoris GRAMMATICA,

Cum aliis nonnullis, quorum Catalogum sequens pagina exhibebit.

Nunc primùm in lucem editum, *studio & curâ*

JOHANNIS MICHAELIS WANSLEBII
Mathem. & Orient. LL. Stud.

Qui INDICEM *Latinum,* & APPENDICEM *operi addidit.*

LONDINI,
Apud THOMAM ROYCROFT, LL. Orientalium
Typographum Regium, A. S. CIↃ. IↃCLXI.

Catalogus eorum quæ hoc libro continentur.

SERENISSIMO



PRÆFATIO AUCTORIS ad LECTOREM, OPERI MSS.

Cum in Bibliothecam *Ernestinam* deponeretur præmissa.



Abores adolescentiæ meæ hìc vides, Amice Lector, quos dudum absolutos, nuper admodum, postquam idoneum amanuensem nactus sum, describi curavi. Nunc autem de manibus deposui, & Bibliothecæ Ernestinæ *dedicavi. Non quòd aliis mea studia invideam; quæ omnia libens boni publici amore literatis effero; Sed quò meliùs servaretur opus, quod tanto mihi constitit labore. Quippe nondum idonea occasio, aut sufficiens editionis causa sese ostendit; neque ego impressione opus habeo; neque animus mihi est, Lexico scribendo innotescere, aut famam captare. Leve bonum iis, qui, ex conscientia rectè factorum, felicitatem suam metiuntur. Ut autem satisfaciam illis, qui me ex alio studiorum genere, aut functionibus gestis norunt, consentaneum esse duxi, cùm de studio meo, & quomodo ad cognitionem hujus linguæ pervenerim: tum de opere ipso paucis verba facere. Quo tempore ad altiora studia contendens, Occidentis atque Orientis: Veterum pariter ac Recentium eruditioni, juvenili quodam impetu, inhiabam, Linguarum studium, quod illius necessarium instrumentum est, avidiùs quàm cautiùs appetebam; ita ut nullius gentis aut nationis Dialectum, cujus modò discenda homines vel libri sese offerrent, aspernarer, indefesso quidem studiô; sed improvidô consiliô. Aliter enim fieri non poterat, quàm ut à fine meo sensim abstractus, tempus, rerum studiis tribuendum, linguis impenderem. Mox ardorem temperavit ætas; & ratio vagum, atque errantem in viam reduxit. Interim cæteris Orientalibus linguis modicè percursis, cum in Æthiopicam incidissem, eamque viderem linguæ sanctæ affinem, & tamen*

sine studio atque curâ, ex quo in Europam introducta fuit, totô penè seculo incultam jacuisse: Nec essem ignarus, potentissimam Abissinorum gentem, Christianæ religionis à multis seculis tenacem, sub Rege Christiano longè latèque in Africa dominari, subiit animum cupido, paulo altiùs in eorum res penetrandi: & linguam accuratè excolendi. Igitur Grammaticam atque Lexicon, cum neutrum extare putassem, ex solo Psalterio & Novo Testamento paulatim conscribere cœpi, quo memoriæ, si res ita ferret, succurreretur. Et quamvis, perfectô jam opere, oblatum mihi fuisset Jacobi Wemmeri *Lexicon, nullam tamen laboris pœnitentiam apud me induxit: sed ad pergendum potius incitavit. Ut autem gratâ mente memorem eos, per quos profeci. Primam gratiam debeo Domino Doctori* Bartholomæo Elsnero, *cujus auxilio, simul et consilio prima linguarum Orientalium fundamenta posui. Eodem tempore Dominus Doctor* Johannes Ernestus Gerhardus *Æthiopicis literis naviter operam dabat, cujus amicitiâ & honesta æmulatione, dum sententias nostras conferebamus, ad majorem diligentiam impulsus fui. Sed imprimis prædicandam habeo humanitatem ac benevolentiam Domini* Samuelis Bocharti, *quâ me hospitem prosecutus est, Is viso Lexico meo, non solùm studium probavit; sed & ipse aliquandiu eo usus fuit, eo successu, ut mox vice versa me utilibus præceptis instrueret, multaque suppeditaret, quibus opus meum perfectius redderetur. Haud multò pòst in amicitiam Abissinorum perveni, & cum uno ex illis ex Ambara oriundo, docto satis, multarumque rerum perito per aliquot menses familiariter conversatus sum, deinde & literarum commercium habui; atque ita, quod minimè credidissem, ad scribendum quoque & loquendum inductus sum. Inter quæ non Lexicon tantùm & Grammaticam perfeci; sed simul aliqua non contemnenda collegi, quibus & rem Ecclesiasticam, & literariam aliquando illustrari posse censui. Ita juvenilia annorum temeritas in consilium vertit. Sed de rebus Abissinorum & usu hujus linguæ in commentariis nostris sigillatim et plenius agemus. Nunc ad Lexicon meum redeo. Collectum id est, ut ex allegatis apparet ex omnibus libris antehâc impressis, veluti Psalterio, et Cantico Canticorum. Hymnis Veteris Testamenti, Novo Testamento Romæ impresso, et Liturgiis: (quas* ቅዳሴያት፡ Orationes Sanctificatorias *vocant;) ibi annexis. Quibus accesserunt ἀνέκδοτα plurima, imprimis fragmenta Veteris Testamenti, et Conciliorum; quæ partim à meipso collecta, partim ab Æthiope supradicto excerpta mihique missa fuerunt. Quia verò Æthiopum codices non versibus modò, sed et capitibus carent, igitur singulas voces, ex integro volumine sine perfectò sensu collectas, in textu sæpè reperire non potui. Eas tamen non dissimulavi, sed aliis inquirenda apposui. Cæterum libri modò nominati omnes, etiam quoad linguam authoritate apud Æthiopes pollent. De Actis solummodo Apostolorum, quæ in editione Romana extant, monendus est Lector, ea minus accuratè se habere. Nam quia mutilo et hiante exemplari usi fuerunt impressores, ideò ex codicibus Græcis atque Latinis lacunas illius supplere coacti fuerunt; sicuti ipsi fatentur in Epilogo illius operis, his verbis:* ዝንቱ፡ ግብረ፡ ሐዋርያት፡ ዘይበዝኁ፡ ተተርጐሙ፡ በሮምያ፡ እምልሳነ፡ ሮማይስጢ፡ ወጽርእ፡ ለግዕዝ፡በእንተ፡ዐጸበ፡አብ፡፡ዘወሰክነ፡ ወዘአንተግነ፡ስረዩ፡ለነ፡ወአንትሙ፡አርትዕዎ፡ Ista Acta Apostolorum maxima sui parte translata sunt Romæ, ex lingua Romana & Græca in Æthiopicam, propter defectum Archetypi *(Originalis:)* Id quod addidimus, aut demsimus, condonate nobis; Vos autem emendate illud. *Et verendum est, ne idem in cæteris*

Novi

Novi Testamenti libris fecerint, quippe Æthiops meus in multis eos differre aiebat ab Exemplaribus MSS. patria sua. Certè mendis typographicis scatent; quapropter statim in Titulo Novi Testamenti Æthiopico Tesfa Zijon *editor veniâ orat, inquiens:* Se nescivisse artem imprimendi: typothetas verò legendi, & ita se invicem juvisse: በከመ ፡ ይትረድኡ ፡ ዕውር ፡ ለዕውር ፡ sicuti cæcus cæcum juvat. *Verumenimverò cum ex Versionibus vix verus vocabulorum sensus, nedum genuina linguæ constructio haberi possit, partim quod archetypon κατὰ πόδα reddatur, interdum etiam minus rectè legatur, aut intelligatur; multum confirmatus fui, postquam* ኦርጋኖን ፡ ድንግል ፡ Organon musicum B. Virginis *nactus sum. In eo non solum nativam constructionem; sed et voces notabiles quamplurimas animadverti. Auctor ejus est* Aba Georgius *Doctor quidam Æthiopiæ, qui et alios tractatus scripsit. Acceptus alioquin est liber et æstimatus in ipsâ Æthiopiâ, etiam inter Magnates; ut ex epistola donationis liquet; cujus verba hic apponemus:* መጽሐፍናሁ ፡ ሠናይ ፡ ውእቱ ፡ ጥቀ ፡ ዘተቀስመ ፡ እምነ ፡ ብሉይ ፡ ወሐዲስ ፡ መዘትትፌሠሑ ፡ ፈድፋደ ፡ በአንብቦቱ ፡ አንሢ ፡ እሁብክሙ ፡ እንዘ ፡ አፈቅሮ ፡ ጥቀ ፡ ሶበ ፡ አገበረኒ ፡ ኀይለ ፡ ፍቅር ፡ ዘሀሎ ፡ ማእከሌነ ፡ ከመ ፡ ይትርፍ ፡ ዝከረ ፡ ተፋቅሮትየ ፡ በቤትክሙ ፡ ለትውልደ ፡ ትውልድ ፡፡ እስመ ፡ ጽሕፈቱ ፡ ሊኮነ ፡ በክርታስ ፡ ዘይበሊ ፡ ፍጡነ ፡ አላ ፡ በብርሃና ፡ ዘይነብር ፡ ለዓለም ፡፡ በሊትዮጵያዊ ፡ ክቡር ፡ ውእቱ ፡ ወፍቁር ፡ በኀበ ፡ ንጉሠ ፡ ወመኳንንት ፡ እስመ ፡ ጸሎት ፡ ውእቱ ፡ ዘሰብዐቱ ፡ ዕለታት ፡ እንተ ፡ ደረሶ ፡ አባ ፡ ጊዮርጊስ ፡ ሊቅ ፡ ዘሊትዮጵያ ፡ ዘገብረ ፡ ብዙኃት ፡ መጽሐፈ ፡ ድርሳናት ፡ በሀገርነ ፡፡ ሊተሢ ፡ ነገደ ፡ ዚአየ ፡ ውእቱ ፡ እመንገለ ፡ እምየ ፡ በሥጋ ፡፡ *Loca omnia authoritatibus, & allegatis confirmare voluimus, quo studiosus lector, orto fortè dubio, unde desumta sint, scire possit. Quapropter allegavimus etiam libellum* Precationum superstitiosarum, *alias vix mentione dignum; quem, mirum! aliquoties in Europa deprehendimus, in Bibliothecâ Altorfinâ: Leydensi, & Lutetiæ in Bibliotheca Domini Abbatis de Sancta Columba, & alibi. Sed nihil continet nisi meras vocabulorum absurdorum incantationes, unde ab Æthiope meo non aliter quàm* ጸሎት ፡ ርቄት ፡ *vocabatur, quem titulum nos in allegando retinuimus. Quæ vero allegatis carent, ea partim Æthiops meus mihi indicavit: partim ex sermone & literis ejus hausi, eaque suo tempore, nisi analogiâ ipsâ confirmentur, probari poterunt. Fateor autem multa superflua allegata remansisse, quæ in primordio operis copiosè adnotaveram, quo ex collatione plurimorũ locorum veram eruerem significationem, mihique certum Lexici & Grammaticæ ponerem fundamentum, Illa autem post hæc omitti poterunt, postquam de iis plenè constitit. Nullius enim Lexicographi secutus sum authoritatem, sed ipsum textuum sensum. Neque etiam ullum apud Æthiopes Lexicon extat, solâ sua* ሰዋሰው ፡ Scala, *(qualis est Athan. Kircheri* السلم الكبير Scala magna Copti-co-Arabica: *) sive Nomenclatore vocabulorum sunt contenti. De Methodo libri multis dicere nihil attinet. Secuti sumus ordinem Lexicographis Orientalibus receptum; qui tertiam personam Præteriti Masculinam pro radice constituunt; quamvis sæpè videremus nomen prius esse suo verbo. Nec anxiè semper per Præteritum reddidimus; sed interdum per Infinitivum, qui thema Latinum proponentibus familiarior esse solet. Primò igitur diversas verborum Conjugationes: dein Nomina nuda: postremò servilibus literis aucta collocavimus. Cætera res ipsa indicat. Nec difficile erit Orientalium Linguarum perito, & in Grammatica*

ca

ca nostra probè versato : (utrumque enim in studioso hujus linguæ requirimus, ni incassum laborare velit :) thema sive radicem investigare, abjectisque literis servilibus radicalem cognoscere; vel in defectivis, præsertim ubi deficit ወ : & የ : *literam abjectam, & in vocalem homogeneam resolutam, restituere. Id solùm hic monemus, quia, ut in Grammatica dicitur, literæ nonnullæ figurâ tantum, non verò potestate differunt, veluti* ሀ: ሐ : & ኀ: *Item* አ: & ዐ : *nec non* ጸ : & ፀ : *& propterea à librariis confunduntur, radices, in quibus illæ occurrunt, sub diversis elementis quærendas esse. De interprete meo monendum restat, illum quidem patriæ linguæ satis gnarum fuisse, nihilominus in nonnullis dubitasse; quædam, præsertim peregrina, aut ab usu frequenti remota, ignorasse; quædam etiam aliter ac res erat exposuisse; quod mihi Græcum textum, quem versio Æthiopica sequebatur, ob oculos habenti, facile erat dijudicare. Quæ enim tam felix esset rerum atque verborum omnium memoria; ut in nullo prorsus erraret. Quantò minus nobis vitio verti debet, si quà à nobis peccatum sit. Cogitet benevolus Lector cætera nostra studia, quæ primariò tractavimus, cum hæc ὡς ἐν παρέργῳ ageremus : Cogitet functiones nostras, quibus hactenus occupati, subcisivas tantùm horas, quas corporis curæ subtraximus hùc impendere fuimus coacti : Cogitet etiam vastum atque varium laborem, rerum atque verborum copiam, & peregrinitatem; Et contra interpretis mei in Europæorum rebus atque linguis imperitiam, quæ satis temporis absumsit, priusquam alter alteri assuesceret : Cogitet denique librorum penuriam, & communis humanæ fragilitatis memor, æquo animo ferat, & excuset, si quid necessarii omissum, aut superflui scriptum; Si quid denique perperam positum fuerit. Non opus numeris omnibus absolutum prædicamus; non omni perfectione præditum jactamus, postremò neminem, qui in eodem genere laboravit, obtrectamus. Quin potius gratulabimur posteritati atque illi, qui, licet opellâ nostrâ adjutus, excellentius quid in lucem emiserit : vel quod magis est, ad summam Numinis gloriam, & hominum, imprimis Christianorum, commodum direxerit; qui unicus rerum rectè agendarum verus scopus est & fundamentum.* Vale.

Judicium



Judicium Dn. D. EDMUNDI CASTELLI, *de Authoris nostri laboribus, in Epistola ad me data.*

PRæclarè non ita pridem à Pl. Reverendo, Eminentisimoq; Ecclesiæ huj' nostræ Antistite pro suggesto coram Regia Majestate dictû; Quot linguas callet quispiam, tot hominum sustinet personas; quidni etiam tot nationum meritò דונמא dicatur & Antitypon? quales fuisse Synedrii M. patres testantur Hebræorum maximi: Quorum legibus cautum fuit, ne quis in Concilium illud supremum cooptaretur שלא יודע בשבעין לשון *qui non 70. linguarum* (omnium scilicet quæ in toto orbe reperiuntur) *esset peritus*. Miraberis forsan, mirabuntur omnes, ubinam gentium tantus sit inquirendus numerus. Scala in cælum erigenda, (ut in re haut multum disimili dixisse fertur Constantinus Magnus) quâ inde ad terras deducatur perfectio adeò absoluta? En heic (*Amice Clarissime, Charissimeque*) virum, Deus bone? qualem, quantumque? Non hominis tantum atque humanitatis, sed eruditionis etiam omnigenæ Miraculum verè suspiciendum. Quid enim non *Europa* tantum, atque *Asia*, sed *America* (si modo Hebraici sermonis vestigia illic inveniantur, quod non infimi subsellii affirmant scriptores) at cum primis *Africa* (reliquarum omnium nobis adhuc pars ignotissima) uspiam habent maximè reclusum & reconditum, quo Nobilisimi hujus Authoris παντογλωττάτε scientia penetrare non sit apta & idonea! Est hæc cognitio optimum, maximeque necessarium humanæ societatis vinculum, sine qua non modo alii aliis Barbari sumus, sed ipsis pejores Brutis, quibus secreta quædam sensus suos sibi invicem communicandi datur ratio: At contra ἰσάγγελος ille qui hac pollet; clavem habet vel ad reserandos totius mundi thesauros pretiosisimos. Microcosmum dicam hunc? Majoris sanè compendium incomparabile. O quam felices Principes atque Imperatores quibus tales contingunt Ministri publici! Habemus hîc laborum ejus, minimè vulgarium primitias tantum, messis in futurum sequentis non minus, faustæ ac felicis, quàm copiosæ atque lautisimæ, Historiæ integræ hujus nationis elegantisimè descriptæ, legum earum, morum, rituum, verbo, rerum omnium quæ de illa sciri possunt vel à quopiam desiderari, pignus, ut speramus, certisimum. In *Lexico* hoc, auro contra non charo, quantum præstitit, quantam novorum vocabulorum, summo judicio explicatorum, congesit copiam; quoties Æthiopi suo,

suo, viro alioqui gravi, ac mediocriter pro more gentis, docto, in propria sua lingua interpretanda cœcutienti sæpe, occulatissimus iste commonstrat viam, prout æquum esset enarrare, integrum non sufficeret volumen, nedum pagellæ spatium. Quod superiori seculo Linguæ Æthiopicæ maximè gnaris visum est planè ἀδύνατον, nempe ulla de hac præcepta, regulas contexi posse ullas; Author noster Celeberrimus expedivit felicissimè, *Grammaticam* conficiendo maximè completam, in qua tamen cum brevitate certat perspicuitas, Orientalium quidem omnium, quas ipse adhuc vidi longè accuratissimam. Et hæc omnia medias inter Illustrissimi, Prudentiss. Pientissq; Principis occupationes tàm aulicas quàm exteras, maturè produxit. Editâ deniq; *Confessione Ecclesiæ Vetustissimæ juxta atque Simplicissima*, Virginis unicæ, quæ sola in iisdem finibus fidem suam ab ultima antiquitate in hunc usque diem, intemeratam servavit atque illibatam, absque ulla adversariorum irruptione, incursioneque, Europæos suos beavit simul atque ditavit Vir Excellentissimus. Κειμήλιον literatis omnibus indubiò quàm maximè gratum, quodque parvi æstimabunt indocti tantum: Est quidem hic populus atro colore, qui ferè contemptui aliis haberi solet, at

Vaccinia nigra leguntur, dum
Alba ligustra cadant.

ጸሊም ፡ ወሠናይት ፡ sociavit pulcherrima Dei manus. Ipsam *Nigredinem* Vasconenses appellant *Belza*, hoc est *Formositatem*. Ex Carbonibus fiunt להבים * *pruna* tum lucidæ tum ardentes: prout ex peccatoribus maximè fuligineis, fulgentissima exorta sunt nonnunquam Orbis Christiani Lumina. Apud hos præ aliis viguit perpetuò Lux fidei, & devotionis Ardor. Confœderatio cum hisce regnis, hoc præsertim temporis momento, quo tanta affulget spes, ex matrimonio Serenissimæ Principis, Sororis, Inclyti Regis *Portugalliæ*, *Æthiopiæ*, *&c. &c.* cum Augustissimo nostro Monarcha CAROLO II. tam quoad Externa Reipublicæ, quàm Interna animi bona quanti esset momenti, inter alia argumenta quamplurima, constat luculenter, ex Lojolitarum, Ignatii præsertim, Oviedi, Fernandezique, scriptis factisque, qui per plurium annorum spatium apud ipsos versati sunt. In Occidentalioribus hisce mundi partibus præcedente tantum Centuriâ, at in Australibus illis ante sexcentos annos publica facta fuit ab Ecclesia Romana secessio; à qua animo tam infenso abalienatus fuit nunquam iste populus, sicut tempore hodierno, partim ob turbas quas inter eos concitârant Pontificii quidam hamaxarii, partim ob Vaticinium quoddam repertum olim; *Que gente blanca haziendolos labradores, los han de echar fuera de Etiopia*; Sandovalli verba sunt. Sed de Tabula manum; adhuc majora dies revelabit observationis non pœnitendæ. &c.

* Hebr. Et *Æthiopes*, & *Flammæ ardentes*.

Ex edibus meis in Charter-house Yard, London, *Raptim inter concatenatos labores.*

JOBI



SERENISSIMO PRINCIPI

AC DOMINO

D^N. ERNESTO

SAXONIÆ &c. *DUCI*,

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO

Jobus Ludolfus S.P.D.




QUis usus esse possit Linguæ Æthiopicæ, quodvè pretium tanti laboris mei, quamvis multi miraturi sint, Te tamen SERENISSIME PRINCEPS latere nequit. Quippe adhuc recordaris insignis illius viri Abissini, qui visendæ aulæ Tuæ gratiâ, quamvis ætate provectus, incommoda itineris subire non dubitaverat: seque non minus felicem prædicabat, ac Reginam illam Sabæam, (*quam Maquedam suam vulgo fuisse ferunt*:) quæ Salomonem visitatûm venerat, quod Pietatem atque Sapientiam Tuam, Regimen rectè ordinatum, Aulamque benè compositam audire atque videre sibi contigisset. Ex illo igitur de Abissinorem imperio multa notatû dignâ cognovimus, quæ talia fuerunt ut SERENITAS TUA censeret, non indignam esse Christi-

anam

anam illam Nationem, quæ nostris hominibus innotesceret, & cum qua res artesque nostras, tàm pacis, quàm belli, optimo jure communicaremus. Plura apud Te referre nihil attinet. De me tantùm paucis dicendum habeo, me pro mediocritate mea, quæ potuerim, præstitisse, & non tantùm ea, quæ ad pleniorem Gentis atque Regionis notitiam facere visa sunt, collegisse; sed & , quæ ad linguæ perfectam cognitionem pertinent, elaborasse. Cum enim maximum societatis humanæ vinculum sit sermo, ac maximè concilientur hominum animi ejusdem linguæ communione, operæ pretium judicavi, nonnihil temporis impendere in id, sine quo nihil commodè agi aut scribi posset. Igitur non modo Grammaticam, sed & Lexicon hoc magno labore concinnavi, non ita pridem verò per amanuensem meum describi curavi.

Tibi autem SERENISSIME PRINCEPS, illud offerre, & in Bibliothecam Tuam deponere volui, non tantùm quò melius custodiretur labor, haud facile aliàs repertus, Tibi verò soli debitus; sed etiam, quo extaret monumentum Benevolentiæ Tuæ, quâ prosecutus es bonum illum Abissinum, cujus occasione hoc Lexicon perfectum fuit: & qua prosecuturus fuisses universam gentem, si commoda aliqua ratio id faciendi sese obtulisset. Nunc quidem temporis nihil sanctius, aut Christianæ pietati convenientiùs præstare illis possumus, quàm ut Deum O. M. supplices oremus, quô Sacrosanctam Ecclesiam suam, quam in tàm remotis oris, tot barbaris circumseptam habet, in verâ, quæ solum Christum respicit, fide tueri, & sartam tectam conservare velit. Cujus divinæ protectioni SERENITATEM TUAM cum Illustrissimâ Familiâ submissè commendo. VALE. *Dabam Gotæ, die 16. Julii Anno S. MDCLX.*

ወጸሐፈ፡



መጽሐፈ፡ መልእክት፡ እምሊዮብ፡ ሉዶልፍ፡ ዘእምብሔር፡
ገርማንያ፡ እንተ፡ ይብልዋ፡ አሌማ ኛ፡
ለሰብአ፡ ሊትዮጵያ።

ሰላም፡እግዚአብሔር፡ስሉስ፡
ዘእንበለ፡ ፍልጠት፡ አሐ
ዱ፡ በህላዌ፡ ወዕሩየ፡
መለኮት።
ሰላም፡ አብ፡ ዘፈነዎ፡
ለወልዱ፡ ውስተ፡ ዓለም፡
ለአድኅኖተ፡ሰብእ። ሰላም፡ወልድ፡
ዘተፈነወ፡ እምአብ፡ ከመ፡ ያሕይዎሙ፡
ለእለ፡ የአምኑ፡ ቦቱ። ሰላም፡መን
ፈስ፡ ቅዱስ፡ ዘወልድ፡ ይፈንዎ፡ እም
ኀበ፡ አብ፡ ወዘያረትዓ፡ ለቤተ፡ ክርስ
ቲያን፡ ዘኵሉ፡ ጥባሴ፡ እንተ፡ ሐዋር
ያት፡ ወይመርሐ፡ በኵሉ፡ ጽድቅ፡ የ
ሀሉ፡ ዘልፈ፡ ምስለ፡ ሰብአ፡ ሊትዮጵያ፡
ውሉደ፡ ጥምቀት፡ ወሕዝበ፡ ወንጌላው
ያን፡ እለ፡ የሐውሩ፡ በፍኖተ፡ ወንጌል፡
ወሊያጸንኑ፡ ሊለየማን፡ ወሊለፀጋም፡
እምትምህርተ፡ ወንጌል፡ ወሐዋርያት።
እሌምኅክሙ፡ በአማኄ፡ መንፈስ፡ ቅዱስ፡
ወእሁበክሙ፡ ሰላመ፡ እግዚእነ፡ ወመድ
ኀኒነ፡ ሊየሱስ፡ ክርስቶስ፡ ምስለ፡
ፍሥሐ፡ ወጥዒና፡ ለኵሉ፡ መዋዕለ፡
ሕይወትክሙ።
ኦፍቁራንየ፡ ወአኀውየ፡ በክርስቶስ፡
ሊታንክሩ፡ ወሊትደመሙ፡ ዘአነ፡ እት
ኄበል፡ ጽሒፈ፡ ለክሙ፡ በልሳንክሙ፡
እንዘ፡ እንግዳ፡ አነ፡እምብሔር፡ ርሑቅ፡
ዘይብልዋ፡ አሌማ ኛ። ዘእንበለ፡ሰብ
ሕዎ፡ ወባርክዎ፡ ለእግዚአብሔር፡ ዘወ
ሀበ፡ ዘንተ፡ ጸጋ፡ ለሰብእ፡ ከመ፡ በኵሉ፡
ልሳን፡ ወበኵሉ፡ ብሔር፡ ይትሴባሕ፡
ወይትአኰት፡ ስሙ። ወመቅደመ፡
ኵሉሰ፡ ከመ፡ በብዝኃ፡ ምሕረቱ፡
ምሕሮሙ፡ ለአጋለ፡ እመ፡ ሕያው፡
ወለአኮሙ፡ ለአርዳኢሁ፡ ወሐዋርያቲሁ፡
ቅዱሳን፡ ውስተ፡ ኵሉ፡ ዓለም፡ ከመ፡
ይምህሩ፡ ኵሉ፡ አሕዛበ፡ ወይስብኩ፡
ወንጌለ፡ ክርስቶስ፡ ውስተ፡ ኵሉ፡ አጽ
ናፈ፡ ምድር። ወከመዝ፡ ንኅነሂ፡
እለ፡ ነኀድር፡ መንገለ፡ ደቡብ፡ በጻሕ
ነ፡ ኀበ፡ አእምሮ፡ ዘያድኅን፡ ኀበ፡
ሀይማኖተ፡ ክርስቶስ፡ ዘቦቱ፡ በሕቲቱ፡
ንቀውም፡ ወንሴፎ፡ በእንተ፡ሕማማቲሁ፡
ሕይወተ፡ ዘለዓለም። ጥቀሰ፡ ተፈ
ሣሕነ፡ ሶበ፡ ሰማዕነ፡ በእንተ፡ ሊትዮ
ጵያ፡ ዘከመ፡ ቀመት፡ በይዋሄ፡ ወበርት
ዐተ፡ ልብ፡ ዘእምትካት። በከመ፡
እንከ፡ ኵሎሙ፡ ክርስቲያን፡ አኀው፡
እሙንቱ፡ እስመ፡ ክርስቶስ፡ ተአኅዎሙ፡
ወለብሰ፡ ሥጋ፡ ሰብእ፡ እምቅድስት፡
ወቡርክት፡ ወብፅዕት፡ ድንግል፡ ማር
ያም፡ ወበከመ፡ ለሊሁ፡ ክርስቶስ፡ ርእ
ሶሙ፡ ውእቱ፡ ወእሙንቱሰ፡ ሥጋሁ፡
ወአባላቲሁ፡ ከማሁ፡ መፍትው፡ ወይደሉ፡
ከመ፡ ይትፋቀሩ፡ ወይትዓረኩ፡ ወይትራ
ድኡ፡ በበቤናቲሆሙ፡ በከመ፡ መለያልያ
ትዊ፡ ዘነፍስትነ፡ ሊይትአበዩ፡ በበይናቲ
ሆሙ፡ ዘእንበለ፡ ይዔርዩ፡ ወየኀብሩ፡
ወያሀዜንዩ፡ አሐዱ፡ ለካልኡ። በእን
ተዝ፡ ንኅነኒ፡ በዘተክህለነ፡ ንፈቅድ፡
ንክፈል፡ ወናስተሳትፎሙ፡ ለሰብአ፡ ሊት
ዮጵያ፡ እምኵሉ፡ ሠናያት፡ እለ፡ ጸገ

ወኑ ፡ እግዚአብሔር ፡ በኒሩቱ ፡ ዘሊይ
ትወሰን ፡ እሙሂ ፡ ጥበባት ፡ ወእሙሂ ፡
ኪን ፡ ዘሰላም ፡ ወዘጸብአ ፡ እሙሂ ፡ ትም
ህርታት ፡ አው ፡ ልሳናት ፡ እንዘ ፡ ንገብሮ ፡
በልብ ፡ ብሩህ ፡ እንበለ ፡ ጕሕሉት ፡
ወቅንአት ፡ ለእመ ፡ ኀሠሠክሞ ፡፡
ወሊይመሰለክሙ ፡ ከመ ፡ ኵሎሙ ፡
ሰብአ ፡ ሌዋርጳ ፡ አፍርንጊ ፡ እሙንቱ ፡
አላ ፡ ሀለው ፡ ካልአንሂ ፡ እለ ፡ ያፈቅርዋ ፡
ለሊትዮጵያ ፡ ወይሔልዩ ፡ በእንተ ፡ አሠ
ንዮታ ፡፡ ንዑኬ ፡ ምጽሉ ፡ ወርእዩ ፡
ወአመክሩ ፡ ኵሎ ፡ ወዘሠናይ ፡ አጽንዑ ፡፡
ናሁ ፡ ከፈለኒ ፡ እግዚአብሔር ፡ ከመ ፡ እት
መሀር ፡ ልሳነ ፡ ግዕዝ ፡ ዘእንበለ ፡ እርአያ ፡
ለሊትዮጵያ ፡ በእንተዝ ፡ ሊደፈንኩ ፡ መክ
ሊትየ ፡ ዘወሀበኒ ፡ እግዚእየ ፡ ዘእንበለ ፡
መጠውክዎ ፡ ወአግሀድክዎ ፡ አኮ ፡ ለተመ
ክሐ ፡ ወሊለረባሕ ፡ ላላ ፡ ለበቍዔተ ፡
ብዙኃን ፡፡ እስመ ፡ ገበርኩ ፡ ዘንተ ፡
መጽሐፈ ፡ በብዙኃ ፡ ጻማ ፡ ቀሲምየ ፡
ቃላተ ፡ እምብዙኃን ፡ መጻሕፍት ፡ ወእ
ምዝ ፡ አርታዕክዎ ፡ ወሠራዕክዎ ፡ ለለ ፡
አሐዱ ፡ በበ ፡ ጾታሁ ፡ ቡሠርዐት ፡ ወተኬነውዎ ፡
ዘሀገርነ ፡፡ እስመ ፡ ጥቀ ፡ ሠናይት ፡
ይእቲ ፡ በኀቤነ ፡ ወበሓፁር ፡ ጊዜ ፡ ይትከሀ
ለነ ፡ ተምህሮ ፡ ብዙኃት ፡ ልሳናት ፡፡
ብሉይ ፡ ወሐዲስ ፡ በዘተጽሕፈ ፡ ልሳነ ፡ ዕብ
ራይስጢ ፡ ወጽርእ ፡ ሀሎ ፡ በኀቤነ ፡ ወንጢ
ይቅ ፡ ትርጓሜሁ ፡ በሠናይ ፡፡ እንእ ፡
ተርጕምኩ ፡ ዘንተ ፡ መጽሐፈ ፡ ዘልሳነ ፡
ሊትዮጵያ ፡ በላቲን ፡ እስመ ፡ ልሳነ ፡ ላቲን ፡
ክቡር ፡ ውእቱ ፡ ወእሙር ፡ ወስፉሕ ፡
በኵሉ ፡ ሌዋሮፓ ፡ እሙሂ ፡ ለነቢብ ፡ ወእ
ሙሂ ፡ ለጽሒፍ ፡፡ ወለእመ ፡ እንከ ፡
ሠምረ ፡ እለ ፡ ምሁራን ፡ በሊትዮጵያ ፡ በዝ
ሠርዐት ፡ ይትከሀል ፡ በካልእ ፡ ጊዜ ፡ ኀቲሞ ፡
ምስለ ፡ ዐረቢ ፡ አው ፡ ምስሉ ፡ አምኃር ፡፡
እስመ ፡ ኀቲም ፡ መጻሕፍት ፡ ዐቢይ ፡ መንክር ፡
ወኪን ፡ ውእቱ ፡ ዘጥቀ ፡ ይበቍዕ ፡ ወበአ
ሐዱ ፡ ጊዜ ፡ እምአሐዱ ፡ አብ ፡ ይትኀተም ፡
ምእት ፡ ወአምእት ፡ ውሉድ ፡፡ ለእመ ፡
እንከ ፡ ትፈቅዱ ፡ አሓትሞ ፡ እሙነ ፡ መጻሕ
ፍቲክሙ ፡ ለበቍዔት ፡ ዘቤተ ፡ ክርስቲያን ፡
ወሚመ ፡ ዘመንግሥት ፡ በፈቃድ ፡ ንገብሮ ፡
ሶበ ፡ ኀሠሠክሞ ፡፡ ባሕቱ ፡ ጥቀ ፡
እስእለክሙ ፡ ሊታሕሠሙኒ ፡ ወሊትን
ቅፈኒ ፡ ለእመ ፡ ረከብክሙ ፡ ግድፈተ ፡ ለው
ነውረ ፡ በዝመጽሐፍ ፡ ዘእንበለ ፡ አእምሩ ፡
ከመ ፡ እንግዳ ፡ አነ ፡ ሊዕውቅ ፡ በሊትዮጵያ ፡
ወሊምሁር ፡ ዘእንበለ ፡ እምነ ፡ መጻሕፍት ፡
ሕዳጣን ፡ እለ ፡ ብየ ፡ ወሊተናገርኩ ፡ ዘእን
በለ ፡ ምስለ ፡ አሐዱ ፡ ሰብእ ፡ ምሁር ፡ እመ
ካነ ፡ ሠላሴ ፡ እንተ ፡ አምኀረ ፡ ዘእምኔሁ ፡
ተመሀርኩ ፡ ነቢበ ፡፡ ወአንሰ ፡ እምድ
ኅረ ፡ ሰማዕኩ ፡ በእንተ ፡ ሊትዮጵያ ፡ ወበእ
ንተ ፡ ሀይማኖታ ፡ ወበእንቲ ፡ ንጉሣ ፡ ጥቀ ፡
ልዑል ፡ ዐኀያል ፡ ዐምደ ፡ ሀይማኖት ፡ ወበ
እንተ ፡ ሕዝባ ፡ የዋሃነ ፡ ልብ ፡ በዐቢይ ፡ ጸሀቅ ፡
ተመሀርኩ ፡ ዘንተ ፡ ልሳነ ፡ ወፈተውኩ ፡ ገቢረ ፡
ምንተኒ ፡ ነገረ ፡ በቍዔት ፡ ዘይበቍዕ ፡
ለኵሉ ፡ መንግሥት ፡ ወይነብር ፡ ለትውልደ ፡
ትውልድ ፡፡ ይእዜሰ ፡ ይሠመር ፡ እግዚአብ
ሔር ፡ ከመ ፡ ዝንቱ ፡ ጻማየ ፡ ይኩን ፡ ለስብ
ሐተ ፡ ስሙ ፡ ለስፍሐ ፡ ወንጌሉ ፡ ወለበቍ
ዔተ ፡ መንግሥተ ፡ ሊትዮጵያ ፡፡ እግዚ
አብሔር ፡ ያብርሃ ፡ ወያጽብሐ ፡ ይዕቀባ ፡
ይሠርሐ ፡ ወይባርካ ፡ ምስለ ፡ ንጉሣ ፡ እም
ኵሎሙ ፡ እለ ፡ ይፃረርዋ ፡ ወይሁብሙ ፡ እም
ድኅረ ፡ ዝዓለም ፡ መንግሥተ ፡ ሰማያት ፡
በእንተ ፡ ሕማማተ ፡ ክርስቶስ ፡ እግዚእነ ፡
ወመድኀኒነ ፡ ሎቱ ፡ ስብሐት ፡ ለይኩን ፡ ለይ
ኩን ፡፡ ተጽሕፈት ፡ በአሌማ ፳ ፡ በ፲
ዐመተ ፡ መንግሥቱ ፡ ለንጉሠነ ፡ ሌዎፕልድ ፡
በ፲ወ፯፻፺ወ፩ ዐመት ፡ እምልደተ ፡ ክር
ስቶስ ፡ ዘውእቱ ፡ አምላክ ፡ ቡሩክ ፡ ለዓ
ለመ ፡ ዓለም ፡ አሜን ፡፡

J. Ludolfus, J. M. Wanslebio suo Salutem.

LEXICON *meum Æthiopicum, doctissime* Wanslebi, *in lucem nondum edere decreveram; partim quod editionis causam sufficientem nondum deprehenderem: partim quod ad perfectionem operis adhuc multum deesse viderem. Præsertim cum scirem Admodum Reverendum Clarissimum atque Doctissimum Virum Dominum Doctorem* Edmundum Castellum *Amicum meum, in Excellenti suo Lexico Polyglotto etiam in Æthiopicis tantum præstiturum, ut orbis literatus labore meo carere potuerit. Adhæc lubentissime participem eum feceram eorum omnium, quæ ex MSS. peculiaria præ illo collegisse videbar. Quò enim dignius juveniles lucubrationes meæ referrentur, quàm in opus illud, cui simile orbis nondum vidit, ex quo veluti thesauro totius Orientis eruditionem tibi comparare facile possis. Quanta non polliceri sibi debet posteritas eruditionis incrementa, talibus adjumentis acceptis? Ingens fortassis videbitur opus; sed si dicere velis quod res est, compendium est & quæstus. Quæ enim per tot alia volumina sparsa, tantoque sumptu comparanda sunt, hîc uno aut altero volumine comprehensa reperies, ea quidem ratione, ut uno intuitu diversarum linguarum significatio conferri queat. Quandoquidem igitur, ut dixi, quæ sola præter alios præcipua me habere arbitratus sum, cum Domino Doctore* Castello *jam communicaveram, singulari editione opus non fore putavi. Nihilominus multis aliis rationibus victus, voluntati amicorum, diversorum locorum descriptiones sæpe flagitantium, cessi. Iis vero visum fuit, consulendum quoque esse iis, qui peculiariter huic linguæ animum*

applicare

applicare vellent, ne operoso volumine impedirentur. Nec facile opus aliquod prodire, quod ex asse perfectum dici posset; ipsos Authores post editionem sæpè animadvertere, quid in scriptis suis emendandum sit: alios etiam inventis facile addere, & ita demum temporis successu opera perfici. Igitur ut librarium meum transcribendi, meque simul respondendi labore exsolverem, si quid ab amicis expeteretur; totum hoc qualecunque est, amicorum literatorumque omnium usibus dedere volui; optans, ut ad publicum usum magis, quàm ipse hactenus feci, id transferant. Sed imprimis tuam hîc spectavi diligentiam, ut quemadmodum exemplar ab amanuensi meo descriptum tibi emendandum commisi, quia ipse propter negotia id facere non potui, nec autographum meum itineris periculo objicere volui; ita nunc quàm diligentissime impressionis atque correctionis curâ fungaris, quò opus correctè prodeat. Qua in re non tantum pro benevolentia tibi constanter exhibita gratiam mihi referes; verùm etiam omnes linguæ hujus cultores obstrictos tibi reddes, si opus Indice auxeris, qui Lexici Latino-Æthiopici vicem explere possit; quo & ii, qui Latinorum vocabulorum significationem Æthiopicè scire voluerint, eam inquirere possint. Deinde quia procul dubio occurrent nova Manuscripta, librique nondum editi, non minus rem te dignam, operæque pretium facturus es, si vel novas radices, vel novas significationes, novasque verborum aut nominum formas, quæ ex derivatis, verborumque personis, aut formis pluralibus non semper accuratè colligi possunt repereris, eas omnes in Appendicem redegeris. Nullus enim dubito, multas fore radices, quæ secus ac Æthiops meus putaverit, in usu sint, multas quæ mihi non occurrerint, alibi reperiri; Eas igitur si suppleveris, & mihi facies rem gratam, & studiosis hujus linguæ perutilem, simulque egregiam tuam in hac lingua peritiam, quam ego non nisi longâ & laboriosâ observatione, tu vero per compendia è libris meis adeptus es, demonstrabis. Vale.

JOHAN-



JOHANNES MICHAEL WANSLEBEN
Candido Lectori Salutem.



Postquam Nobilis & Consultissimus Vir, Dominus *Jobus Ludolfus* crebris amicorum monitis, aliisque caussis permotus, Lexicon suum, in Bibliothecam Serenissimi Saxoniæ Ducis jam repositum, publici juris fieri permisisset, gavisus planè sum, quod mihi thesaurus iste edendus committeretur. Lubens igitur subii laborem, sat gravem quidem, ac tædio plenum: at Domino Authori debitum, cui multis nominibus me obstrictum atque devinctum agnosco. Optassem quidem ut illius Autographum concessum mihi fuisset, polliceri utique potuissem emendatius exemplar, ipsique Autographo prorsus simile. Jam verò veniâ mihi opus est, præcipuè apud Dominum Authorem: & dein apud Benevolum Lectorem; si vel illius amanuensis, vel meâ culpâ menda aliqua remanserunt: vel inter corrigendum, ubi me fortè conjectura fefellit, irrepserunt. Quin & in posterioribus schedis, si aliter quàm in prioribus aliquid positum vel omissum reperias, id sciente atque monente Domino Authore factum putes, cujus nutibus non obsequi religioni mihi duxissem. Dubium autem non est, si ipse Dominus Author vel animum ad impressionem applicare voluisset: vel jam edita elimare atque polire velit, quin alia vice proditurum sit opus limatum atque politum, quale ab accurato ejus ingenio, & indefesso studio expectare par foret. Norunt omnes Typographiæ periti quàm lubricus sit correctionis labor, quàm facile etiam diligentissimo litera, numerus, vel virgula elabi, ipsumque sensum subvertere possit; Præsertim ubi Typothetæ illius linguæ sunt ignari. Interim quantum mihi Deus vires largitus est, nihil omisi, quò opus distinctè atque correctè prodiret. Et quo magis ad usum accommodaretur, permissu Domini Authoris *Indicem* addidi, nec non *Appendicem* earum vocum, quæ vel Dominus Author ipse inter imprimendum submisit, vel ego operâ privatâ in MSS. hîc repertis

pertis

pertis deprehendi. Quippe decet me exemplum Patroni mei sequi, atque exiles meos labores eò referre, quò ipse cuncta sua studia referre consvevit, ad publicam nimirum utilitatem. Hac enim quasi conditione supellectilem suam Æthiopicam ferè omnem liberaliter mecum communicavit. Tu igitur Benevole Lector, studia ista Benevolentiâ Tuâ prosequere, illisque feliciter fruere; & si quid penes te sit, quo ea juvare possis, id in rei literariæ commodum, in medium conferre ne dedigneris. *Vale.*

Libri Æthiopici MSS. ex quibus Appendix ista congesta est.

Hoc loco neutiquam silentio præterire possum, Benevolentiam summam, quâ me, durante impressione prosecutus est Vir Plurimum Reverendus, Clarissimus atque Doctissimus, Dominus *Edmundus Castellus*, SS. Theol. Doctor & LL. Orr. ad stuporem doctus. Is enim, quamprimùm *Londinum* veni, non solùm me svavissimâ suâ consvetudine dignatus est, sed & insuper instructissimam suam Bibliothecam mihi utendam liberaliter concessit; in qua sequentia MSS Æthiopica, quæ ille ex Bibliotheca Celeberrimi D. Doctoris *Edwardi Pocokii* habuit, reperi, ex quibus *Appendicem* confeci.

I. Liber Liturgiarum, in quo erant (1.) *Liturgia S. Johannis Evangelistæ & Apostoli.* (2.) *CCCXVIII. Patrum Orthodoxorum.* (3.) *S. Epiphanii Orthodoxi.* (4.) *S. Jacobi Syracensis.* (5.) *S. Johannis Chrysostomi.* (6.) *Innominati cujusdam.* (7.) *S. Apostolorum.* (8.) *S. Cyriaci.* (9.) *S. Gregorii.* (10.) *S. Dioscori Patriarchæ Alexandrini.*


II. Liber metricus erat, tractans potissimùm *Martyria SS. virorum*, durantibus persecutionibus sub Impp. Ethnicis, singula sub singulis mensium diebus, quibus peracta fuerunt. Propterea divisus erat secundum partes anni in duodecim menses; singuli menses rursùs in triginta dies. His in fine annexi erant *quinque dies supernumerarii*, quos ጳጕሜን: vocant: Autor est ነገደ፡ክርስቶስ፡ *Negede Christus*, ut ex Epilogo constat. citatur autem h. m. E. C. & T.

III. Continebat *Laudes & Encomia B. M. V.* stylo Oratorio, incerto autore. citatur literis E. M.

IV. *Encomium Patriarcharum* metricè scriptum, etiam incerto autore.

V. *Liber Homiliarum SS. Patrum quorundam*, in Folio, ab amico quodam mihi communicatum.

IOBI



JOBI LUDOLFI I.C.

LEXICON ÆTHIOPICO LATINUM.

ሀ፡

ሀ

ህያት : *Plur. tant. Nomen est universas Æthiopum literas in septem classes, secundum vocalium differentiam distinctas, significans : à prima Alphabeti Æthiopici litera* ሆሄ: *derivatum. vulgò redderes* Alphabetum, *unde* Ἄλφα *prima Græcorum litera illis vocatur* ቀዳሚ :ሆህያት: *Pleonasticè additur vox* ፊደል : *Litera , ut :* ሆህያት : ፊደል: *q. d.* Alphabetum literarum.

ሀለወ : *Def.* ሀሎ : *Utrumque reperitur , sed sub diversa significatione :* POSTERIUS *in Præt. Præsentis significationem habet*, Est, Adest, Præsens est; *denotatque locum & essentiam seu existentiam, ut Hispan.* Estar, *nam* ኮነ : *qualitatem & essendi modum significat, sicut Hisp.* Ser, *ut:* ዘሀሎ: ὁ ὢν, Qui est, Apoc. 1.8. ምስሌክሙ: ሀሎኩ: Matth. 28. 20. ወሊዘሀሎ: Neque id quod præsens est, Rom. 8. 38. ለመ :ሀሎ: Cum esset , Psal. 62. *tit. Nec obstat locus* Psal. 71. 17. እምቅድመ: ፀሐይ: ሀሎ: ስሙ: *agit enim de æternitate Messiæ , & reddi potest per* Est : *Fut.* ይሄሉ: Erit, Psal. 36. 10, 27. Mar. 9. 19. 2, Manendi, permanendi *significationem quoque habet , ut :* ይሄሉ : ለዓለም: Manebit in æternum, Psal. 32. 11. & 88. 36. 3, *Accipitur etiam impersonaliter pro* Datur, Reperitur. *Item* 4, *interrogat vulgò de statu valetudinis, ut :* እፎ: ሀሎከ: Quomodo vales ? *At* PRIUS ሀለወ: *Præteriti tàm perf. quàm imperf. & Futuri Subj. significationem habet, ut ex sequentibus liquet : An nesciebatis, quod in iis quæ patris mei sunt* ሀለውኩ : me oportuerit esse ? Luc. 2. 49. እለ: ሀለዉ: Qui erant *in convivio*, Luc. 14. 7. ለዘ : ሀለወ : ድልወ : Ei qui fuerit paratus , 1 Pet. 4. 5. *Canam Domino* በአምጣነ: ሀለውኩ : quamdiu fuero , Psal. 145. 1. *quamvis hoc casu vix à præsenti differre , sed promiscuè fere accipi videatur; eodem enim sensu dicitur* በአምጣነ: ሀሎኩ: Psal. 103. 34. *ubi Græcus habet* ἕως ὑπάρχω , *sicut etiam locus in fine hujus radicis demonstrat. Org.* * *Cum particula* እንዘ: *ut : Confisus sum tibi* እንዘ:ሀለውኩ: cum essem , Psal. 21. 9. * *Subjunctivo junctum per ellipsin particulæ* ከመ : (Ut) *commodè redditur latinè per* Oportet *seq. Infinitivo , ut :* ሀለወክሙ : ትትወለዱ :

ደገመ: Oportet vos *(ut)* nascamini denuo *seu*, Oportet vos nasci denuo, Joh. 3. 7. *quo pacto et periphrasin Futuri infert, ut:* ዘሀለወ: ይመጽእ: Quem venire oportebat, *seu*, Qui venturus erat Matth. 11. 14. ሀለወክሙ: ትስምዑ: Audituri estis, Matth. 24. 6. ዘሀለወ: ይኩን: Quod oportet fieri *seu* quod futurum est, Apoc. 1. 19. * *Semel expressam habet particulam* ከመ: *ut:* ሀለወ ኒ: ከመ: እዜንዎን: Oportet me ut annunciem illis Luc. 4. 43. * *Etiam subsequenti Futuro significationem Imperfecti tribuit, ut:* ሀለወ: ዮሐንስ: ያጠምቅ: Erat Johannes baptizans *i. e.* Baptizabat, Marc, 1. 4. * *Usurpatur et* Habendi *significatione, sicut Est Latinorum cum Dativo, ut:* ምንት: ብከ: ተሀሉ: Psal. 72. 24. Quid mihi est *&c. Inf. nominascit, ut:* ሀልዎ: Præsentia, 2 Cor. 10. 10. *et cum aff.* ሀልዎቱ: Præsentia ejus, 2 Pet. 1. 16. *It.* Præsens status valetudinis *vulgò*.

ህልው: *Adj. pro* ህሉው: *propter ultimam* ው, ὤν, Qui est, Præsens, Existens; *Belg.* Synde *Angl.* Being, *ut:* ዘህልው: Qui est, 1 Pet. 3. 4. Apoc. 1. 19. ከመ: እኩን: ህልወ: Ut fiam præsens, *Lect. prima libri Æthiopici Organon Dinghil dicti, qui infrà sæpius allegabitur: Plur.* ህልዋን: *Gall.* Estans *ib. F.* ህልውት: Præsens.

ህልወ: *Adv.* Revera, Re ita se habente, Joh 16. 7.

ህሉና: Essentiam *significare ait Æthiops meus, ut: In Deo est* አሐዱ: ህሉና: una essentia. *Hinc in libro Conciliorum, cujus fragmenta apud me sunt, vox ista explicatur per Spiritum, ut:* ህሉና: ብሂል: መንፈሰ: አብ: ወወልድ: Essentia *(sc. Divina)* significat Spiritum Patris & filii. *Syn.* 21. ህሉና: ሠለሴ: Essentiam Trinitatis *i. e.* Trinitatem *significat in Liturg. Æth.* p. 172. *c.* 4. *quanquam sequens vox frequentior sit in hac significatione.*

ህላዌ: *Variè vox hæc accipitur, nam modo* Essentiam, *modo* Subsistentiam, *vel tantùm* Existentiam *significat, ut sequentes loquendi modi, ex Abissinorum scriptis, imprimis tractatu illo supra allegato desumpti, docebunt: quo cautius, tàm in interpretatione, quàm applicatione hujus termini agendum, ne vel Abissinis de Deo Uno & Trino orthodoxè sentientibus hæreseos nota impingatur; aut illius suspicio præbeatur.* (1) Essentiam *quidem. ut:* እግዚአብሔር: ሠሉስ: ዘእንበለ: ፍልጠት: ወአሐዱ: በጽምረት:: ኅቡረ: ህላዌ: ወዕሩይ: መለኮት:: Deus *(est)* trinus sine divisione, & unus connexione; conjunctus *vel unitus* essentia, & æqualis Divinitate. *quæ pro nostro loquendi modo sic accipienda:* Deus est unus in una indivisa essentia, & trinus in Personis, coæternis & coæqualibus. *Item in* θεοσφωνήσει *illa:* ቅድስት: ሠሉስ: ዘኅቡር: ህላዌከ: O Sancta Trinitas, cujus conjuncta *vel unita (una)* est essentia *Lit.* 162. *c.* 1. *Retulit quoque mihi Æthiops meus, quosdam hanc vocem* ህላዌ: *pro* Natura in Christo *usurpare, quod qualibet natura suam peculiarem retineat essentiam, ac ideo dicere, in Christo esse* ክልኤቱ: ህላዌያት: Duas essentias: *propterea monere se velle, si fortè hæc phrasis uspiam occurreret, ne crederemus Abissinos duas in Christo statuere Personas. nam vocem* ህላዌ: *etiam* Subsistentiam *seu* Personam *denotare posse, ut mox sequetur; communius autem duas in Christo naturas* ክልኤቱ: ባሕርያት: *dici.* (2) Subsistentiam *seu* Personam *passim: hoc nisi benè distinguatur, maximis contentionibus aut erroribus causam præbere potest. Etenim autor supra dicti tractatus lect.* 7. *postquam probavit Spiritum Sanctum æquè esse Spiritum Filii ac Patris; ut etiam probet illum esse Personam distinctam et per se subsistentem, sic ait:* ዐዲ: ከመ: ኢንብል: ኢሀሎ: መንፈስ: ቅዱስ: በአካሉ: ፍጹም:: ይቤሎሙ: ለሐዋርያት: እፌኑ: ለክሙ: ካልአ: ጰራቅሊጦስ: ወበዝ: አእመርነ: ከመ: ህልው: መንፈስ: ቅዱስ: ኀበ: አብ: ወወልድ: ወህልው: ካዕበ: በህላዌሁ:: አኮ: ዘይትከፈል: መንፈስ: ኀበ: ወልድ: ወኀበ: ህላዌሁ: ካዕበ:: አሰ: ሰ ውእቱ: ህልውኒ: በህላዌሁ: ወህልውኒ: ኀበ: አብ: ወወልድ:: *quæ verbotenus sic sonant:* Porro, ne *(forsan)* dicamus, non est Spiritus Sanctus in persona sua perfectus, inquit

(Christus)

(*Christus*) Apostolis: mittam vobis alium Paracletum. Et ex hoc cognoscimus, quod existens (*est*) Spiritus Sanctus apud Patrem & Filium, & existens etiam (*est*) in subsistentia sua. Non quod dividatur Spiritus in Filium, & in subsistentiam suam etiam; sed unus est, & existens in subsistentia sua, & existens apud Patrem & Filium. *Quæ per Paraphrasin sic reddi possunt: Ne vero quispiam ex supra dictis inferat, Spiritum Sanctum non esse perfectam et distinctam personam, ideo dixit Christus Apostolis: mittam vobis alium Paracletum. Unde cognoscimus Spiritum Sanctum existere simul cum Patre et Filio, et simul etiam in propria subsistentia (seu persona.) Non quod Spiritus partim in Filio partim in propria subsistentia sit; sed unus et idem est, et existens in subsistentia propria, et existens cum Patre & Filio. Huc quoque facit locus in Lit.* p. 171. c. 2. *in fine,* ነአምን ፡ አበ፡ ፈናዊ፡ከመ፡አብ፡ ውእቱ፡ በህላዌሁ፡፡ ወነአምን፡ ወልደ፡ ተፈናዊ፡ ከመ፡ወልድ፡ውእቱ፡በህላዌሁ፡፡ ወነአምን፡መንፈሰ፡ቅዱስ፡ዘወረደ፡ላዕለ፡ ዮርዳኖስ ፡ ወላዕለ፡ ሐዋርያት፡ ከመ፡ መንፈስ፡ ቅዱስ፡ውእቱ፡በህላዌሁ፡ ፫ ስሙ፡ ፩ እግዚአብሔር፡፡ Credimus Patrem mittentem, quod Pater est in Persona sua. Et credimus Filium qui missus est, quod filius est in Persona sua. Et credimus Spiritum Sanctum qui descendit super Jordanem, & super Apostolos, quod Spiritus Sanctus est in persona sua; Tria nomina, unus Deus. *Hoc est. Quod tres sint distinctæ Personæ in una Deitate. Huc pertinet etiam locus ille, miraculum Personalis unionis duarum in Christo naturarum adumbrans,* ሶጥቀ፡ ዕፁብ፡ ተሰና እዎ፡ እሳት፡ ወማይ፡በ ፩ ህላዌ፡ O valde stupendum conciliari ignem & aquam in una subsistentia *seu, Ignem et aquam simul in uno subjecto subsistere posse.* (3) Existentiam *significat in hac allocutione ad Christum,* አልቦ፡ ቀዳሚ፡ ህላዌ፡ ለአብ፡ እምኔከ፡ በእንተ ፡ ዘወለደከ ፡፡ *Verbotenus:* Non est prioritas existentiæ Patri præ te, ideo quod genuit te, *seu, Non ideo Pater prior te existit, quia te genuit. Item.* አምንኩ፡ ብከ፡ እግዚኦ፡ከመ፡አንተ፡በኩሩ፡ አምላክ፡ በህላዌ ከ፡ወበኩሩ፡ ድንግል፡ በሥጋዌከ፡ Credo in te Domine, quod sis primogenitus Dei, secundum existentiam tuam; & primogenitus virginis secundum incarnationem tuam. *Org.* (4) *Præsentem quandam existentiam seu* Præsentiam, *ut cum author supra allegatus de nativitate Christi sic loquitur:* ኢሀሎኩ፡ ህየ፡ በህላዌ፡ሀለውኩ፡በአሚን፡ *Non sum ibi in existentia seu præsentia, sum in fide. i. e. Non quidem nunc præsens ibi sum corpore; per fidem tamen sic animo concepi meo, tanquam præsens rem omnem cernere & audire mihi videar.*

ሄሮዲያኖስ: *Græcum est* Ἐρωδιὸς Erodius, Lev. 11. 19. Psal. 103. 19. *Mirum ubi Herodianos legerit.* Est *autem Erodius* avis, *quam Theodorus* Ardeolam; *Suidas* Ciconiam; *Augustinus* Fulcam *esse putat. Æthiopes qui peregrinarum rerum non adeo magnam habent scientiam, Ægyptiam avem esse, & pedum pernicitate tantùm valere censent.*

ሆሳዕና: *Syr.* ܐܘܫܥܢܐ, *quod autem hic exprimitur est ab Hebræo* הוֹשִׁיעָ־נָּא, *Græc.* Ὡσαννὰ Hosanna, salva quæso, Matth. 21. 9. Joh. 12. 13. * *Vocatur quoque sic* Festum *seu* Dominica Palmarum, Act. 17. 11. *tit.*

ሁሶጱ: *Græcum* Ὑσσώπου, Hyssopus Joh. 19. 29. *herba est Genitivi terminatione. Casus enim obliquos in peregrinis vocibus pro rectis ut plurimum retinent. Æthiopes fruticem esse censent vernaculè* ሰሳዕዘ: *dictum, quem juxta domos plantare solent.*

ህበ: *vernaculè* ጠዘ: Ros copiosus, *qualis in oriente datur,* Exod. 16. 13. ጠል: *de nostro rore accipi potest.*

ሆባይ: Ἰκτῖνος, Milvus, Lev. 11. 14.

 Deut.

Deut. 18. 13. *Ait Æthiops meus non tantùm significare vernaculè* ሊንሙት: *avem è genere rapacium, aridis arboribus insidentem, mures aviculasque captantem; sed et* 2, ዝንጀሮ: Simiam.

ሃኖስ: Nom. *Propr.* maris *cujusdam Æthiopi meo ignoti, legitur in Org.* ወለበሕረ: ሃኖስኒ: ዓቅመበ: Etiam mari Hanos terminus suus est: *putassem per Aphæresin pro Oceano accipi, nisi in eodem autore reperissem* ውቅያኖስ:

ህንድ: India, *Nom. Reg.* ሰብአ: ህንድ: Indi. *Conf. Fid. R. Glaudii.*

ህንዳዊ: Indus.

¶ ህንዳኪ: Id. *ut:* ሕፅናቍ: ህንዳኪ: Gemmæ *Indiæ i. e.* Indicæ. 2, Nom. *Propr.* Reginæ Æthiopicæ Candaces, Act. 8. 27.

ሀከከ: *Hinc nomen* ሀከክ: Tumultus, Matth. 26. 5. Seditio, Marc. 15. 7.

ሀከየ: *Non occurrit.* ተሀከየ: Piger fuit, deses factus est, cessavit *ab opere: Fut.* Luc. 18. 1. Intermisit *opus*, Piguit *aliquem alicujus rei, ut:* ኢይትሀከይ: ሞዊተ: Non piger sum ad moriendum *i. e. Impigrè mortem obire paratus sum*, Act. 9. 38.

ሀካይ: Piger, deses, Matth. 25. 26.

ሀኬት: Pigritia, intermissio. ዘእንበለ: ሀኬት: Indesinenter. *Org.*

ሀወለ: *Inde fit* ተሀወለ: Communi mensa uti, Victum unà capere. *Usus hujus vocis est, cum te diversæ religionis gentibus, jus convictus et sacræ mensæ inter se non habentibus sermo est, ut:* ኢይሁድ: ኢይትሀወሉ: ምስለ: ሳምራዊያን: Joh. 4. 9.

ህዋር: Porticus *vide* ሐዊረ:

ሀወስ: *vide in* ሐ.

ሀወከ: *Def.* ሆከ: Vehementer commovit, Joh. 11. 34. Concitavit, sollicitavit, agitavit *populum*, Marc. 15. 11.

II ተሀወከ: Vehementer commotus fuit *animo*, Matth. 2. 3. Agitatus fuit *à vento: Fut.* Matth. 14 24. Jud *v.* 12.

ህውክ: Agitatus; *de homine* Fluctuans animo, incertus, Jac. 1. 8.

ሀዋኪ: Concitator, turbator.

ሁከት: Agitatio, Fluctuatio, Jactatio incerta, Psal. 54. 25 Joh. 5. 3.

ህየ: *Adv.* Ibi, Illic, *in loco*, Marc. 11. 5. 2, *Ad locum* Eò, illuc. Rom. 15. 24. *Comp.* በህየ: Illo in loco. እምህየ: Inde.

ሀየለ: *Inde fit* ሄለ: Seges, *Herba frumenti nondum demessa*, Cant. 7. 7.

ሃይማኖት: *Fœmininum Syriacum* ܗܝܡܢܘܬܐ *est, à Rad.* ܗܝܡܢ *Credidit.* 1, Cultus divinus, Religio *in specie* Christiana, *Ital.* La fede, *& sic conjunguntur* አሚን: ወሃይማኖት: Fides & Religio, ሃይማኖት: ርትዕት: Orthodoxa religio *Lit.* 165. *c.* 1. ርቱዐ: ሃይማኖት: Orthodoxus *It. Nom. Viri.* 2, Fides *virtus Christiana*, Matth. 14. 31. Psal. 11. 1. 3, Fidelitas, Psal. 32. 4. Luc. 16. 11, 12.

መሃይምን: Fidelis, Apoc. 2. 10. *Plur.* መሃይምናን: *F. pl.* መሃይምናት:

ህየንተ: Ἀντί, Loco, Vice, Psal. 37. 21. 1 Thess. 5. 15. 2, ὑπέρ, Pro, Joh. 11. 50. *c.* 15. 13.

ሀይክል: *Hebræum* הֵיכָל *est, quod propriè significat* Interiorem templi partem, *seu mediam inter* ሊላም: *Vestibulum &* ደቢር: *Sanctum Sanctorum, in quo nempe Sacerdotibus tantùm ingredi licebat: unde accipitur* 2, pro templo *seu æde* in quo sacrificia fiunt. *Org.* 3, *Pro* Sacello *quod Abissini nunc in templo Hierosolymitano possident.*

possident. Epist. Zara Jacobi, volumini Concil. præmissa. 4, *Pro* Arca Noæ.

ሀየየ : *Inde fit* ተሀየየ : Neglexit, parvi fecit, Non pensi habuit *tanquam rem non videret, neque audiret,* Psal. 54. 1. Matth. 22. 5.

ሀየደ: *Def.* ሃደ: Abstulit *per vim,* ademit, rapuit, Matth. 13. 12. *Inf.* ሀደ ዶ : *pro* ሀዲዶ : Rapere, Matth. 12. 29. ‖ ተሀየደ: Ablatus, ademptus est: *Fut.* Matth. 21. 43. *It.* Rapinam pertulit *vel* perpessus est: *Imp.* 1 Cor. 6. 7. ‖ ተሃየደ: Contendere invicem de re auferenda; Diripere rem *inter se: Fut.* Matth. 11. 12. *c c a.*

ሀያዲ : Rapax, raptor: *Pl.* ሀያዶያን: Rapaces, Luc. 18. 11. 1 Cor. 6. 10.

ሀይዶ: Rapina, *res rapta,* Psal. 61. 10. *ubi corrige mendum.* ሂደት: Direptio. *Org.*

ሀየጸ: *Def.* ሃጸ: Jaculando feriit, confixit *lapide* 1 Sam. 17. 49. *sagittâ. Org.* 2, Tetigit *scopum, ut* : የሀይጹ : ሥዕርተ : Attingebant capillum *lapide è funda misso* Jud. 20. 16.

ሀገር: Urbs, Civitas, Psal. 86. 2. *in specie* Patria, Marc. 6. 4. 2, *Amharicè* Region*em vel* Regnum *significat, quomodo interdum etiam Æthiopicè accipitur, ut* : ሀገረ : ሴዋ: Regnum Sewæ, *in epist Zara Jacobi Æthiopiæ Regis supra allegata.* ሀገረ: ደምብያ : Regnum Dembeæ : *Pl.* አህጕር: Psal. 9. 6. & አህጕራት: Matth. 10. 23.

ሀገሬት: Provincia. *Lit.* 168. *c.* 2. Regio. *It.* Oppidum, Urbs, *hinc* Col. 3. 11. *opponitur* ሐቃል : Hominibus agrestibus, *seu* barbaris; *unde Æthiops meus interpretabatur per Meton. continentis pro contento, de* urbanis, oppidanis.

ሀገረወ : *unde fit* ህገሩት : Sedulus, Diligens. *Org. Vox forma insuetata, ait interpres meus significare animum in rem intentum.*

ሃጸይጤን : Exod. 39. 21. Ὑποδύτην *Græcum est retento casu obliquo, ab* Ὑποδύτης, Intereor vestis, Subucula. *Æthiopes interpretantur* Vestem sacerdotalem à tergo demissam, *aliàs* ቀጠሕት: *dictam.*

ሃጸጸ: *Sic malè scribitur* Deut. 14. 17. *pro* ሌጸጸ: ἔποπα, *à Nom.* Ἔποψ Upupa, *quod vide suo loco.*

ሀፈወ: Sudavit. *Org.*

ሃፍ: Sudor Gen. 3. 19. Luc. 22. 44.

ሀፐለ : *Inde fit* መሃፒል : Fullo *i. q.* ገፋሪ: Marc. 9. 3. Es. 7. 3. *Æthiopes interpretantur* ሐፃቢ: አለበስ : *Ambar.* ኅጣ: ሐፃቢ :

ለ:

♣♣♣♣♣♣
♣♣♣♣♣♣
♣♣ ለ ♣♣
♣♣♣♣♣♣
♣♣♣♣♣♣

ላህም : Bos, *Ebr.* עֵגֶל. *Epicœnum est et æquivocum, ut Bos Latinorum, omnem ætatem et sexum sub se continens,* Luc. 13. 15. *Nec Æthiopes distinguere possunt, vitulus an taurus fuerit, quod Aaron Israelitis in deserto adorandum proposuit. com. gen. de mare in masc. ponitur, ut* : ላህም : ዘይትረዐይ: Psal. 105. 20. 21. *de fœmella seu vacca in fæm.* ቅብእ : ላህም : Butyrum *ex vacca: Pl* አልህምት: Psal. 8. 7.

ልህቀ : Luc. 2. 40. Adolevit *de hominibus dicitur usque ad vigesimum quintum vel triges. annum, de plantis* Crevit: *Fut.* Matth.

Matth. 6. 28. *It.* Adolescentiam egit, Educatus fuit *aliquo in loco*, ልህቀ ፡ ህየ ፡ Ἀνατεθραμμένος, Act. 22. 3. c. 26. 4. *Nec tantum crescere; sed &* Pervenisse ad adolescentiæ terminum *significat. i. e.* Adolevit Matth. 13. 32. Joh. 3. 4. *Habet quoque in se vim comparationis, ut reliqua verba intransitiva, sive absolute, ut* ዘይልህቅ ፡ Natu maximus Matth. 22. 25. *sive cum affixo personæ, c.* 23. 11. *aut sequente particula comparativa* እም ፡ Quàm. || አልሀቀ ፡ 1 Cor. 3. 7. Incrementum dedit, Crecere fecit *plantas, homines*; Educavit *liberos mater*, 1 Tim 5. 10. || ተለሀቀ ፡ Presbyter *seu* senior *vel* Magister factus est: *Fut.* 1 Pet. 5. 1.

ልህቀት ፡ Incrementum ætatis *Org.* Adolescendi actus.

ልሂቅ ፡ 1 Pet. 5. 1. Presbyter, Senior, *qui ætatem cum dignitate habet*, Mar. 9. 35. 2, Adultus *de ætate tantùm*, Heb. 5. 14. Ætate provectus, Luc. 1. 18. *Pl.* ልሂቃን ፡ *ib.* v. 7. *It.* ሊቃናት ፡ *ut:* ሊቃናተ ፡ ሕዝብ ፡ Seniores populi, Luc. 22. 66. *It.* ሊቃውንት ፡ Psal. 106. 32. Tit. 2. 1. * ሰብዓ ፡ ሊቃናት ፡ LXXII Interpretes. 3, Est & titulus patrum, *seu* Doctorum *priscæ Ecclesiæ. F.* ልህቅት ፡ *Pl.* ልሂቃናት ፡ 1 Tim. 5. 2. & *contr.* ሊቃናት ፡ Anus, Vetula, Tit. 2. 3. *oppos.* ሊቃውንት ፡ *It.* ልሂቃት ፡ *contr.* ሊቃት ፡ *Org. lect.* 1.

ሊቅ ፡ Magister, Doctor, Matth. 22. 24. & Marc. 12. 19. 2, Summum in qualibet dignitate & *magistrum seu* Præcipuum in quavis arte *significat.* ሊቀ ፡ ጳጳስ ፡ *Lit.* 160 *c.* 3. *vel rarius* ሊቀ ፡ ጳጳሳት ፡ ዘእስክንድርያ ፡ Patriarcha Alexandrinus, *quem Æthiopes pro suo agnoscunt.* ሊቀ ፡ ካህናት ፡ Summus sacerdotum ሊቀ ፡ ሐመር ፡ Nauclerus, Act. 27. 11. ሊቀ ፡ ፈያት ፡ Ductor latronum, Joh 18. 40. *Pl.* ሊቃን ፡ *ut:* ሊቃነ ፡ ካህናት ፡ summi sacerdotes, Luc. 22. 66. 3, *Dignitas etiam nunc est in Æthiopia eorum, quibus inspectio in Ecclesiasticos competit, & proximè præcedunt* ቀሞሳት ፡ *de quibus infra.*

ሊቅና ፡ Doctoralis dignitas, Doctoratus.

መልህቅ ፡ *hinc fit Pl.* መላህቅተ ፡ ሕዝብ ፡ Seniores populi, Exod. 17. Matth. 21. 23. Act. 23. 14.

ልህቃናት ፡ Ætas provecta, *quæ proxime præcedit senectutem*, Luc. 1. 36. ልሂቅና ፡ Id.

ለሀየ ፡ *Hinc* ተለሀየ ፡ Sursum deorsum, hinc & illinc ferri, agi, *propriè de mari vel navi: Inf.* ተለህዮ ፡ ለባሕር ፡ Agitatio *vel* Æstuatio maris Psal. 92. 6. 2, Saltavit *de homine*, 1 Reg. 18. 27.

ለህብ ፡ Æstus, Calor intensus, Psal 18. 7. Matth. 20. 12. *plùs est quàm* ሞቅ ፡ Calor. & *minus quàm* ሐሩር ፡ Æstus.

አልሀበ ፡ Vehementer calefecit.

ተለሀበ ፡ Æstu incaluit.

ልሁብ ፡ Qui æstu incaluit. *Syn.* 26.

ለለ ፡ *Distributiva particula est vim Dativi habens, ut:* ለለ ፡ አሐዱ ፡ Unicuique, Matth. 25. 15. ለለ ፡ በዓል ፡ singulis festis, Marc. 15. 6. ወኵሉ ፡ ለለ ፡ ፩፩ በበ ፡ አስማቲ ሆሙ ፡ Singulis eorum, secundum singula nomina sua *Lit.* 164. c. 4.

ለሊከ ፡ Tu ipse, Tu idem Psal. 8. 4.

ለሊሁ ፡ Idem ille, Joh. 14. 9. ለሊሆሙ ፡ Illi ipsi, Act. 22. 19.

ለሊየ ፡ Joh. 14. 19. & ለልየ ፡ Psal. 50. 4. *M. Pocock.* Ego ipse, Ego idem. *Plur.* ለሊነ ፡ Nos ipsi, 1 Cor. 11. 31.

ለለየ ፡ Fecit differentiam *inter duo*, Separavit unum ab alio, Rom. 3. 22. *Fut.* Luc. 12. 51. Heb. 4. 12. *i. q.* ፈለጠ ፡ *cum quo plerumque conjungitur.*

መለሊት ፡ Articulus, Junctura membrorum, Heb 4. 12. *Hinc* Articulos fidei *Æthiopes non ita pridem* Europæorum *more* መለሊተ ፡ ሃይማኖት ፡ *dicere consueverunt: Pl* መለያልይ ፡ & መለያልያት ፡ *pro* Artubus *seu* membris, 1 Cor. 12. 12, 14, 18, 24. & *alibi passim.*

አለለየ ፡ Surrexit antelucanis horis *cum adhuc nox esset* Marc 1. 35. *It.* Noctem transegit: *Fut.* Luc. 6. 12.

ሌሊት ፡ f. Nox, *quippe quæ distinguit dies,*

dies, Psal. 18. 2. & 133. 3. *Pl.* ለያልይ: Matth. 4. 2.

ለሊተ: *Adv.* Noctu, Ps. 41. 3. 1 Tim. 5. 6.

ልሕመ: Infirmus, Debilis fuit. አልሐመ: Marc. 5. 26. Debiliorem *et* Infirmiorem reddidit, *It.* Pejorem *in genere*: *Fut.* Luc. 5. 36.

ልሑም: Infirmus, Debilis.

ለሐሰ: Linxit, Lambit, *de canibus*: *Fut.* Luc. 16. 21. 1 Reg 18. 28. * Exod. 11. 7. *et* Jos. 10. 21. *respondet quidem Græco* γρύξει, Mutire, Mussitare, Hiscere, *adeò ut convenire videatur cum Hebr.* שָׁנַן; *dubium tamen affert affixum Accusativi cum quo reperitur. præsertim cum Græcus addat* τῇ γλώσσῃ αὐτοῦ, *ut*: οὐ γρύξει κύων τῇ γλώσσῃ αὐτοῦ. *Æth.* ከልብ: ኖቀ: ኢይልሕሶሙ: *quod verbotenus reddi debet*; Ne canis quidem lambet eos: *Nisi malis per Ellipsin Præpositionis reddere*, Ne canis quidem mutiet (*contra*) eos, *quo melius Græco respondeat. vide etiam* ለኀሰሰ:

ለሐቀ: *Non est in usu.* መልሕቅ: Anchora, Act. 27. 29. 30. Jon. 3. 7. *ubi Græcus habet* ἀγκύρας *Retinacula.*

ለሐኰ: Finxit, Formavit *figulus propriè, ex luto*, Psal. 118. 73. *Lit.* 163. *c.* 4. || ተልሕኰ: *Pass. præced. Org. lect.* 1.

ለሐኪ: Formator, *qui rem instar figuli fingit. Org. lect.* 2.

ልሕኵት: Fictile *quodvis*: *per apposit. generis* ንዋየ: ልሕኵት: Vas fictile 2 Cor. 4. 7. Creatura *Lit.* 158. *c.* 4.

ለሐኪና: *Ridiculè formata vox*, *sicut enim ab* አምላክ: Deus, *formatur* አምላክና: Deitas, *sic à* ለሐኪ: Figulus ለሐኪና: Figilitas *derivata reperitur in ineptis precationibus magicis, seu* ጸሎት: ርቄት: *de quo in præced. egimus.*

ለሐወ: *Significat* 1, *neutraliter* Planxit, Luxit, *& plus est quàm* በከየ: Flevit: *Fut.* Matth. 5. 4. *Inf. c.* 9. 15. 2, Deflevit, *eca*: *Fut.* 2 *Cor.* 12. 21. || አልሐወ: Lugere fecit, Apoc. 18. 7.

ላሕ: Psal. 29. 14. Luctus. ለሐውዎ: ዐቢየ: ላሐ: Luxerunt eum luctu magno, Act. 8. 2. አልባሰ: ላሕ: Vestes lugubres, 2 Sam. 14. 2.

3. Dividuntur literæ in Radicales & Serviles: *Radicales* tantùm sunt ሐ:ሠ:ረ: ቀ:ኀ:ዐ:ደ:ገ:ጠ:ጰ:ጸ:ፀ:ፈ:ፐ: Cæteræ vocantur *Serviles*, quod radicalibus in principio, medio & fine vocis, nec non constructioni inserviant, vel per se certas particulas constituant. Quamvis & ipsæ per se quoque sæpius radicales sint. ut: ሀ:ለ:መ:ሰ:በ:ተ:ነ:አ:ከ:ወ:ዘ:የ:

CAPUT III.

De Potestate Vocalium.

Septem Vocalium sonos apud Æthiopes, per septem ordines divisos esse, supra diximus, quos ut rectiùs intelligas, & accuratiùs distinguas, hîc sigillatim describemus.

I. Ordo, seu ግዕዝ:

Primus ordo vocatur ግዕዝ: vel à lingua ipsa, quæ ልሳነ: ግዕዝ: vulgò dicitur: vel à studio, quod iste ordo diligenter perdisci debeat, antequam ad reliquos pergas; Continet enim primas & simplicissimas literarum formas, & pronunciatur per A Anglicum, vel ae Belgicum in aerd terra, seu à Germ. quod ad E balans ferè accedit; (quale est in syllabis *ef*, *el*, *em*, *en*, *es*, &c. in quibus Æthiopicas voces literis Latinis exprimentes id retinuimus. *ut* ከመ: *sicut*, legitur Angl. Cama. ቀበረ: sepelivit *Kabara.* መንፈስ: *Menfes* Spiritus.) verùm sono brevi & tàm obscuro ut audiens ab eo ferè abhorreat.

Excipe Gutturales ሀ:ሐ:ኀ:አ:ዐ: quæ leguntur per *a* clarum, neque differunt à sono quarti ordinis, quæ res apud Analogiæ Grammaticæ imperitos haud levem in scribendo confusionem causatur; ut cum pro ፍሥሓ: *lætitia* scribunt ፍሠሐ: pro ብዙኃን: *multi* ብዙኀን: & ita porrò.

II. ካዕብ:

Secundus Ordo vocatur ካዕብ: *alter* sive *secundus*, legitur per *u* Italicum & Germanicum, *ou* Gallic. *ν* Græc. & designatur puncto in medio lateris dextri h. m. ቡሩኩ: *Burucu*, benedictus ejus.

III. ሣልስ:

Tertius legitur per *i* clarum, idque denotatur puncto inferno dextræ lineæ annexo, *ut* ሊ: ቢ: quæ verò literæ infra rotundæ sunt, ut ሠ: & ሀ: lineam assumunt, quò punctum accipere possint. *ut* ሂ: ሢ: ሚ: sed ረ: & ፈ: puncta sua essentialia sursum reflectunt, h. m. ሪ: *ri.* ፊ: *fi.* At የ: peculiare quid habet hoc pacto ዪ: *ji.*

IV. ራብዕ:

Quartus a longum continet, quale est Germanorum & Anglorum in all, et diversimodè denotatur. Quæ enim literæ pluribus lineis constant, sinistras breviores reddunt, h. m. *ut* ላ: *la.* ሓ: *ha.* quæ verò unam tantùm habent, punctum sinistrum inferius assumunt, *ut* ቃ: *k'a.* ኃ: *ha.* sed ና: excipitur. Rotundæ lineolam in parte dextra accipiunt, h m. ሃ: ማ: ዓ: At ራ: & ፋ: singulare quid habent, differunt enim à ሬ: & ፌ::

NOTA. Hac Classis repræsentat Arabum ا *quiescens, ut:* ሰላም: سلام pax. ሣልስ: ثالث

Ter-

tertius. ራብዕ : رابع quartus. *quod bene observandum in Gutturalibus. ut* ኃምስ : خامس, quintus. ዓለም : عالم. mundus.

V. ኃምስ :

Quintus valet *e* clarum, quale est in syllabis *be, ce, de,* & legitur ubique sicut *é* Gallorum: & eh vel ee Germ. in Misnia; nec unquam, quamvis accedente consona, sonum mutat; itaque አሜን: non ut vulgò, sed *Améhn* Germanis legendum est. Significatur per circellum ad finem dextræ lineæ adjectum. Rotundæ novam propterea lineam adsumunt, ut in tertio ordine factum. ጼ : denuò peculiare quid habet.

VI. ሳድስ :

Difficilior hujus ordinis est ratio, quam ut certis regulis comprehendi queat, nam literæ modò infringunt lineam; modò punctum superiùs assumunt: aut aliàs variantur, ut ex schemate apparet. Vocalem autem habet dubii soni, qui medius quodammodo est inter *i* & *u* Gallicum, sed adeò rapidus & obscurus, ut dubites, utrum ad *i* magìs, an ad *u* Gallicum referendus sit. Assimilari quidem potest Germanico *e* brevi, seu semimuto in fine vocum wasser, haben, & τῷ ü in vocibus hütte, hüllen, verhüllen. Verùm adeò profundè effertur, ut parùm à murmure absit. In Syllabario per *y* expressimus, non tantùm quod valdè affinis sit vocali tertii ordinis, ac propterea cum ea à rudioribus confundatur, ut: ተምህር : pro ተምሂር : sed & quod nationes aliquæ, veluti Sueci atque Poloni hanc literam obscurius vulgò efferant.

Alia porrò difficultas hic sese offert, dum hujus ordinis Literæ, pariter ac cæteræ, per se quidem omnes sunt sonantes, per Accidens tamen sæpissimè mutæ fiunt, quia vocalis earum passim quiescit, neque tamen istius quietis satis certæ regulæ dari possunt. Ne verò prorsus incertum relinquamus Tyronem, in genere tenendum est: *Utplurimùm τῷ Scheva Hebræorum vice fungi, ejusque regulas ferè sequi*; in specie sequentes observandæ sunt:

I. *Ab initio vocis legitur, ut:* ፍጡር : Fytur, *creatus.* ሕዝብ : Hyzb, *populus.* ፍጥረት : Fytrat, *creatura.* ልብ : Lyb, *cor.*

II. *In medio vocis post mobilem aliam quiescit,* ut መንበር : manbar. *et vice versa. Post quiescentem legitur, ut* ገበርክሙ : *fecistis, lege* gabarkymmu.

EXCIPE (1) Casum, ubi præfixa accedunt, quæ naturalem vocis pronunciationem non mutant. ut ፍቅር : *amor.* በፍቅር : bafykr, *non* befkyr, *in amore.* በዝ : *in hoc, lege* Bazy *non* Baz.

EXCIPE (2) Fœminina Adjectivorum forma ግብርት : *lege* gybyrt, *non* gybryt. *ut* ፍጥርት : fytyrt *non* fytrit. ቡርክት : *benedicta, lege* buryct *non* burkyt. *Item* አንስት : Anyst *fœmina.* ኅብስት : hybyst *panis.*

EXCIPE. (3) Futurum Activum, cujus media radicalis est sonans, si tertia sit ordinis sexti. ut :እገብር : Ygabyr. *et* አኅሠሥ : *lege* Ahasis, *quæram. Psal.* 118 15. ይነድድ : Jnedyd. *Psal.* 49.4.

NOTA quoque differentiam Præsentis Indicativi sive Futuri, & Subjunctivi. Nam in Præsenti, sive Futuro እምሕል : pronunciatur *Ymýhyl*, jurabo, juro. In Subjunctivo verò *Ymhyl* & significat *jurem.*

EXCIPE

EXCIPE (4) *Quod post vocalem longam legitur. ut :* ሳድስ : Sadys.

EXCIPE (5) *Si accedat affixum* የ: meus *&* ነ: noster, *id quia accentum ad se trahit, ideò ultimam sonantem efficit. ut :* ልብ: Cor ልብየ: lyby'ja, cor meum.

III. *In fine vocis si duæ hujus Ordinis literæ reperiantur, utriusque vocalis quiescit. ut :* ምድር: *Terra,* mydr. ትፍሥሕት: *lætitia lege* tyfsyht. *Sic forma Pluralis* መጋብርት : *legitur* Magabyrt. *ut :* መጸሕፍት: *libri, lege* Maz'ahyft. *Plura usus docebit.*

Cœterum Æthiopes cum legere incipiunt, omnes & singulas literas efferunt hoc pacto : *Ky, ry, sy, ty, sy.* mox repetunt, *Chrystos* ut oportet, dicentes.

VII. ሳብዕ :

Septimus per *ω* seu *o* longum legitur. Ratio punctationis varia est, sicut in quarto ordine, quadam enim circellum superius assumunt, ut : ሆ:ሎ:ቆ: Quædam dextras breviores reddunt, ut : ሶ:ሶ:ኦ: reliquæ prorsus regula carent, diligenti contemplatione discendæ.

Ad Quantitatem vocalium quod attinet, primi & sexti Ordinis vocales tantum breves sunt, reliquæ omnes sunt longæ, & ita pronunciari debent, tanquam circumflexo notatæ essent; quamvis tonum seu accentum non semper in se contineant, utpote, qui etiam vocalibus primi vel sexti Ordinis competere potest, ut infra dicemus. Deinde vocalis secundi Ordinis, literæ ዉ : & vocalis tertii Ordinis, literæ ዩ: ita affinis & homogenea est, ut consonans in vocalem : & vice versa facilimè transeat & resolvatur, ut per universam Grammaticam patebit.

CAP. IV.

De Potestate Diphthongorum.

Diphthongi omnes ex vocali *u* & aliis quinque vocalibus compositæ sunt; Analogiam verò & regulas illius sequuntur, ad quem pertinent; cujusque sonum cum *u* mixtum referunt. ut : ቈ: *ua* ad primum. ቍ: *ui* ad tertium. ቋ: *ua* ad quartum. ቌ : *ue* ad quintum. ቍ : *uy* vel potius *ue* ad sextum spectat. Quatuor verò literis tantùm competunt, sicuti ex Schemate suprà posito apparet.

2. Tantum de Diphthongis per se. Per Accidens fit Dipthongus ex literis ው: & ይ: quoties cum litera aliqua primi vel quarti Ordinis in unam syllabam coalescunt. ut : አውራኅ: menses, አውታር: chordæ, lege *aurah, autar.* Sic ተሠ ይመ: constitutus est, lege *tasajma.*

CAP. V.

De Accentu.

1. Accentuum notas nullas habent, ac vix regulas; ut plurimùm quidem in pronunciando vocalium quantitatem, sed non semper observant; sæpè enim sexti Ordinis vocalis tonum habet; quamvis in eadem voce reperiatur vocalis longa quarti Ordinis. ut : ጸራኅክሙ : *z'arahk y'mmu,* ጸራኅክን : *z'arahk y'n,* clamavistis.

2. Verba secundæ Conjugationis, formæ ነበረ: *Nabbára,* in tertia singulari Præteriti, accentum in media habent. ut : ሐነጸ: *Hanáza* ædificavit.

3. Prima radicalis Futuri accentum habet. ut : ይፈቅድ ፡ ይቀድስ ፡ lege *yfákyd, ykáddys.*

4. Ultima longa Accentum habet. ut : ኵሉ ፡ *cuelù* omnis, ብእሲ ፡ *byysì* vir, ዝንቱ ፡ *zyntù* hic, ጻማ ፡ *zamà* Labor, ግቡር ፡ *gybbûr* factus, አምላክ ፡ *amlâc* Deus, ሰማይ ፡ *Semâi* Cœlum.

5. Inter duas syllabas breves, prima tonum habet. ut : መንፈስ : *Ménfes* Spiritus. ፍጥረት ፡ *fy'tret* creatura. ሀገር ፡ *háger* urbs, አንስት ፡ *A'nyst* fœmina. Sic & Particulæ, ut : ምስለ ፡ *m'ysla* cum, ከመ ፡ *cáma* sicut, *&c.* & Pronomen እለ ፡ *y'lla* qui. እስመ : *quoniam* legitur *smà.*

6. Affixa የ ፡ & ነ ፡ in vocibus in sextum ordinem desinentibus, accentum ad se trahunt. ut : አምላክየ ፡ vel አምላክነ ፡ *Amlak y'ja & amlak y'na*, Deus meus, Deus noster. እግዚእትየ ፡ *ygsiyt y'ja* Domina mea. Uti & aliás accedente affixo accentus plerumque mutatur, ut : ምስሌከ ፡ *Myslêca* tecum, *myslek y'mmu* vobiscum.

Præterea in legendo æqualem ferè servant tonum, Gallorum vel Polonorum more, ut difficulter admodum cognoscas, quæ vox vel syllaba habeat Accentum.

CAP. VI.

De Duplicatione Literarum cum Exemplo Lectionis, & Punctis Distinctivis.

Duplicatio literæ quæ apud Arabes per Tesdid, apud Hebræos mediante Dages fit, apud Æthiopes quidem etiam frequens est, sed nullâ notâ indicatur, ideoque ratione & usu discenda est. Regulam unam atque alteram hîc dabimus.

I. *Verba secundæ Conjugationis, formæ* ገበረ ፡ Gabbára *in pronunciatione mediam geminant ; ut :* ለመደ ፡ *assvetus fuit, lege* lammáda. ቀተለ : Kattála *occidit. & respondent ferè Arabum verbis secundæ Conjugationis* فعّل.

EXCIPE Verba quorum media est gutturalis, ut : ለአከ : laaca *misit*, ለሐኰ ፡ creavit.

II. *Secunda pluralis Præteriti masculina penultimam geminat*, ut : ገበርክሙ ፡ gabarky'mmu *fecistis.*

III. *Nomina formæ* ግቡር ፡ gybbur *mediam inter pronunciandum duplicant*, ut : ቅዱስ ፡ *sanctus* kyddus.

IV. *Literæ elisio in pronunciando compensatur.* qua de re vide regulas capitis octavi.

CAP. VII.

Exemplum Lectionis esto solitum omnium Librorum principium, & Oratio Dominica.

Bésma	*áb*	*wawé'd*	*waménfes*	*kyddûs*	*ahadû*	*amlâc.*
በስመ ፡	አብ ፡	ወወልድ ፡	ወመንፈስ ፡	ቅዱስ ፡	አሐዱ ፡	አምላክ ፡፡
In nomine	Patris	& Filii	& Spiritus	sancti	unici	Dei.

አቡነ ፡

Abûna zabessamajât jytk'éddes sy'mca. ty'mz'a mengy'stka.
አቡነ ፡ ዘበሰማያት ፡ ይትቀደስ ፡ ስምከ ፡፡ ትምጻእ ፡ መንግሥትከ ፡፡
Pater noster, qui(*es*) in cœlis. Sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum.
jykûn fak'ádaka bacáma basamâi wabamy'drni. Sisajána zalála
ይኩን ፡ ፈቃደከ ፡ በከመ ፡ በሰማይ ፡ ወበምድርኒ ፡፡ ሲሳየነ ፡ ዘለለ ፡
fiat voluntas tua, sicuti in cœlo ita & in terra. Cibum nostrum qui singulis
ylaty'na habána jôm. Hy'dg lána abasâna cáma
ዕለትነ ፡ ሀበነ ፡ ዮም ፡፡ ኅድግ ፡ ለነ ፡ አበሳነ ፡ ከመ ፡
diebus nostris (sufficit) da nobis hodie. Remitte nobis peccata nostra sicut
ny'hnani ny'hdyg láza abbâsa lána. Waitab-ána wy'sta
ንሕነኒ ፡ ንኅድግ ፡ ለዘ ፡ አበሰ ፡ ለነ ፡፡ ወኢታብአነ ፡ ውስተ ፡
nos quoque remittimus illis, qui peccaverunt nobis. Et ne inducas nos in
mausût, álla adhynána wabalhána ymkuylû ykûj. ysmà ziáka
መንሱት ፡፡ አላ ፡ አድኅነነ ፡ ወባልሐነ ፡ እምኵሉ ፡ እኩይ ፡፡ እስመ ፡ ዚአከ ፡
tentationem. Sed serva nos, & libera nos ab omni malo. Quoniam tuum
jyy'ti mengy'st hâjl wasybhât laálama álam amên.
ይእቲ ፡ መንግሥት ፡ ኃይል ፡ ወስብሐት ፡ ለዓለመ ፡ ዓለም ፡ አሜን ፡፡
est regnum, potentia, & gloria in secula seculorum Amen.

Cæterum Æthiopes, ut vides, singulas voces binis punctis interpungere consveverunt, (*quæ* ነቍጥ ፡ *dicuntur* :) quod in lectione Manuscriptorum magnum quidem affert adjumentum : Quod autem aliis distinctionum notis careant, id oppidò incommodum est, & sensum maximoperè suspendit, vel confundit. Periodos verò quatuor punctis, sed negligenter satis terminant ; (ነጥብ ፡ *vocantur* :) quæ in Manuscriptis plerumque quinque rubris augentur, ut omninò novem fiant. adeò scripturam suam & nimiùm interpungunt, & parùm.

CAP. VIII.

De Literarum elisione & Vocalium mutatione & compensatione, Canones aliquot generales.

CANON. I.

L*Itera sexti Ordinis muta à simili aut cognatâ sequente eliditur: illa verò in pronunciando ut paulò antè diximus, geminatur*, ut :

ነደ ፡ nedda.	pro	ነድደ ፡ } arsit.
ነደት ፡ Neddet. *Ps*.2. 13.		ነድደት ፡ }
ይነዱ ፡ Jyneddu. *Ps*.7.14.		ይነድዱ ፡ ardent.
ይቴሐት ፡ Jyttehat.		ይትቴሐት ፡ humiliatur.
እመጽሐፍ ፡ Ymmetzhaf.		እምመጽሐፍ ፡ è libro.
እምንዳቤ ፡ Ymmyndabe.	pro	እምምንዳቤ ፡ è tribulatione.
ርበት ፡ Rybbet.		ርብበት ፡ Expansio.
አቅስት ፡ Aksyt.		አቅስትት ፡ arcus.
መሰጥ ፡ maset.		መሰጥት ፡ rapaces.
ምውት ፡ mywyt.		ምውትት ፡ mortua.
ትሕት ፡ Tyhyt.		ትሕትት ፡ humilis *fœm*.

CANON. 2.

Literæ Dentales respuunt collisionem Lingualium ት ፡ ድ ፡ & ጥ ፡ *mutarum, easque expellunt. ut:* ይዘከር ፡ Jyzzecar, *pro* ይትዘከር ፡ recordatur. ይጸሐፍ ፡ Jyzzehaf, *pro* ይትጸሐፍ፡ scribitur. *Sic* ስሱ ፡ sysû *pro* ስድሱ ፡ sex. ስሳ፡ syssâ *pro* ስድሳ፡ Sexaginta.

CANON. 3.

Diphthongus radicalis, in derivatis, ut & statu constructo manet; modò si opus sit, per competentes Ordines analogicè varietur. ut:

ለሐኰ ፡ Formavit, finxit. 3. *Fœm. Pluralis Præter.* ለሐኳ ፡ formaverunt. *Psal.* 118. 73.

ተለሐኰ ፡ Formatus fuit. ለሐኲ ፡ formator. ልሕኵት ፡ Fictile.

Sic ጕጕአ ፡ Sedulus, attentus fuit. *Fut.* እጔጕእ ፡ sedulus ero. ጕጉእ ፡ sedulus. ጕጕኣ፡ sedulitas.

ሰርጕ ፡ Ornatus. *In statu constr.* ሰርጐ፡ *Pl.* ሰርጓት፡ ornamenta.

CANON. 4.

Gutturalis sexti Ordinis muta, literam primi Ordinis proximè præcedentem in quartum Ordinem transfert. ut:

ሰማዕከ፡ } *pro* { ሰምዕከ፡
ሰማዕኪ፡ } *pro* { ሰምዕኪ፡
Sic እትፌሣሕ፡ } *pro* { እትፌሥሕ፡ lætabor.
እሰማዕ፡ } *pro* { እሰምዕ፡ audiar.

ጸላእት፡ } *pro* { ጸለእት፡ Inimici.
ማኅደር፡ } *pro* { ምኅደር፡ habitatio.

EXCIPE tertiam personam Præteriti primæ Conjugationis, ubi media Gutturalis Ordinis sexti, literam quoque sexti Ordinis antè se poscit. ut: ርእየ፡ *Vidit.* ስእነ፡ *nequivit.* ርኅበ፡ *Esuriit.*

CANON. 5.

At si Gutturalis sexti Ordinis non sit, nihilominus vocalem sexti Ordinis ante se amat; veluti: በልዐ፡ edit. አርስሐ፡ Condemnavit. ትትፌሠሒ፡ትትፌሠሑ፡ *& sic verba omnia quorum ultima radicalis est Gutturalis.*

CANON. 6.

ወ ፡ & የ ፡ *Sexti Ordinis muta, post literam aliquam ejusdem Ordinis, resolvuntur in vocales Homogeneas, videlicet* ወ ፡ *in u,* & የ፡ *in i, ita ut præcedentes literæ istas vocales suscipiant. ut:*

ሙኃዝ ፡ } *pro* { ምውኃዝ: Alveus fluminis.
ሙዳይ ፡ } *pro* { ምውዳይ: Arca, capsula.
ዐሉት: *Matt.* 16.4. } *pro* { ዐልውት: Rebellis.

ሢጦ ፡ } *pro* { ሠይጦ: Pone.
ቂእት ፡ } *pro* { ቅይእት: Vomitus.
ኪዳን ፡ } *pro* { ክይዳን: Fœdus.

NOTA (1) Prima radicalis Defectivorum Prima ወ ፡ in Subjunctivo sine ulla compensatione prorsus excidit; ne literæ አይትን፡ ordinem mutare cogantur. *ut:* እደቅ፡ *cadam.* ትደቅ፡ *cadas.* pro እወድቅ፡ትወድቅ፡

NOTA (2) In Subjunctivo Defectivorum secunda ወ ፡ quamvis Analogicè ው፡ sit sonans, tamen in *u* resolvitur. *ut:* እቂም፡ *pro* እቅዉም፡

NOTA (3) Pauca quædam, non obstante hoc Canone, etiam perfectè reperiuntur. *ut:* ህልውት፡ *Org. l.* 4. *pro* ህሉት፡ *quæ est,* & ሕይወት፡ *pro* ሒወት፡ istud tamen *Lit.* 168. *c.* 2. & 170. *c.* 1. & alibi sæpè reperitur.

CANON

CANON. 7.

ወ : & የ : *sexti Ordinis muta, post literam primi Ordinis resolvuntur; & quidem* ወ : *in* o. የ : *verò in* e. *ut* :

ቆም : } *pro* { ቆውም : stetit. | አሕዮክ : } *pro* { አሕየውክ : vivificasti.
እሴሮ : } *pro* { እሴፈው : Spero. | ይዘሮ : } *pro* { ይዘረው : Dispergitur.
ፈኖክ : } *pro* { ፈነውክ : misisti. | ሠሞ : } *pro* { ሠይሞ : : posuit.

NOTA (1) Haud raro tamen Diphthongescunt; *ut* : አውታር : *autâr, chordæ.* ኀይል : *hail, potentia.* Quod etiam fit in Præteritis defectivorum tertia radicali የ : *ut* : ወደይክ : *posuisti. Psal.* 4. 7. ሐለይክ : *cogitasti.* ሐለይኩ : *cogitavi.* Et in unico Præterito secundâ radicali የ : ሐየወ : *vixit. Matth.* 8. 13.

NOTA (2) Etiam ወ : primi Ordinis resolvitur in voce ሀለወ : *Fuit*. ሀሉ ::

NOTA (3) Tertia radicalis የ : in forma ገብረት : quamvis primi Ordinis sit, interdum ejicitur & per vocalem quinti Ordinis compensatur ; ut : ስሬት : pro ስርየት : *Remissio.* ርሜት : *pro* ርምየት : *Ictus.* ርቄት : *pro* ርቅየት : *Incantatio.*

Eodem modo ወ : primi Ordinis in quarta Conjugatione Defectivorum secunda ወ : nonnunquam excidit, & per vocalem septimi Ordinis compensatur ; ut : እኖመ : *Soporavit* pro አንወመ : አዖረ : *Excæcavit*, pro አዐወረ : quod tamen etiam reperitur.

CANON. 8.

ወ : & የ : *Ante se vix patiuntur vocales homogeneas* U & I. *ideoque literæ secundi vel tertii Ordinis præcedentes in sextum mutantur, ut* :

ሀለው : qui est, existens. } *pro* { ሀሉው : | ለርእይ : ad videndum } *pro* { ለርኢይ :
ጸዕደው : albus. } *pro* { ጸዕዱው : | እእዛንየ : aures meæ } *pro* { እእዛኒየ :
ረዳእየ : Adjutor meus. } *pro* { ረዳኢየ :

NOTA (1) Forma ገቢር : tàm in Verbis quàm in Nominibus vocalem tertii Ordinis retinet ; ut : ነቢይ : *Propheta.* ዐቢይ : *magnus.* ፈዲይ : *Retribuere. Psal.* 54. 22.

NOTA (2) Scribentium incuriâ tertius vocalium Ordo cum sexto sæpissimè, etiam in optimis MSS. confunditur ; quod propterea monere volumus, ne quis Canonem nostrum ideò incertum esse existimet ; ut : ረዳኢየ : *Psal.* 27. 9. አምላኪየ : *Deus meus* ; passim. pro quo tamen alibi rectiùs reperitur አምላክየ : *Psal.* 7. 1. ናዕቢያ : *magnificemus eam. Org. lect.* 2. pro ናዕብያ : & ita in aliis.

CANON. 9.

1. *Vocales* U & I. *quæ in diversis Verborum Temporibus personas terminant, accedente Affixo tertiæ personæ resolvuntur in* ወ : & የ : *quæ Affixa in se recipiunt*, ut ይብሉ : dicunt : ይብልዋ : dicunt ei. *Psal.* 3. 2. ይፄውዉ : capiunt. ይፄውውዋ : captivam ducunt eam. *Psal.* 2. *tit.* ሐቀፍክዮ : complexa es eum. *Org.*

2. *Idem contingit Nominibus, si in Plurali accedat Syllaba* ân *vel* ât, *ut* : ወራሲ : hæres. *Pl. M.* ወራስያን : *Pl. F.* ወራስያት :: *Sic* : ገባሪ : factor. *Pl. M.* ገባርያን : *Pl. F.* ገባርያት :

3. *Ita &* ወ : *vel* የ : *in singulari quasi latens, in plurali se exerit, ut* : ኮከብ : *Pl.* ከዋክብት : stellæ : ወሒዝ : *Pl.* ወሐይዝት : Flumina.

GRAMMATICÆ

GRAMMATICÆ ÆTHIOPICÆ

LIBER SECUNDUS,

De Verbo.

CAPUT PRIMUM.

De Verbo in Genere.

1. Non minùs hîc, ac in cæteris Orientalibus Linguis Verbum pro Radice est; & plerumque tribus, interdum quatuor essentialibus literis constat.

2. In eo autem consideranda sunt septem. 1. *Qualitas.* 2. *Conjugatio.* 3. *Modus.* 4. *Tempus.* 5. *Numerus.* 6. *Persona.* 7. *Genus.*

3. *Qualitate* Verbum est regulare seu perfectum: & irregulare seu imperfectum. Illud salvis tribus radicalibus per omnia tempora conjugatur: istud unam vel alteram radicalem in conjugando amittit. *vide Cap.* XIV. Præterea pauca quædam dantur planè anomala, sicuti infra docebimus *Cap. XX.*

4. *Conjugationes* apud Æthiopes decem facimus, quæ suis Characteristicis: vel inflectendi modo inter se distinguuntur; vel aliàs peculiarem significationem, aut in derivatis effectum habent. Estque illarum secundum literarum numerum sequens ordo:

I.	ገብረ፡	VI.	ተገብረ፡
II.	ገበረ፡	VII.	ተገበረ፡
III.	ጋበረ፡	VIII.	ተጋበረ፡
IV.	አገበረ፡	IX.	አንገበረ፡
V.	አገበረ፡	X.	አስተገበረ፡

Ex quibus tres priores primitivæ sunt, à quibus cæteræ derivari possunt. Nullum tamen verbum in omnibus Conjugationibus occurrit, Nam solum ገብረ፡ in sex conjugationibus sub diversa significatione reperitur; ut:

ገብረ፡ *fecit.*	ተገብረ፡ *factus est.*
አግበረ፡ *fieri curavit.*	ተገበረ፡ *opus fecit, laboravit.*
አገበረ፡ *coegit.*	አስተገበረ፡ *exegit (pecuniam.)*

Cætera exempli tantùm & formæ causa addidimus. Aliàs non infrequenter Verbum in quinque Conjugationibus reperitur, veluti in una ex tribus primis Conjugationibus: In quarta vel quinta: in sexta vel septima: & deni-

que in Octava & Decima ; quamvis non eodem modo à se invicem deriventur. Nam Characteristica Activorum in Pasſivis non ſemper retinetur., veluti ab ሐነጸ: *ædificavit* fit ተሐንጸ: *Ædificatus fuit.* à ቀተለ: *Occidit* fit ተቀትለ: *Occiſus eſt.* Sicuti nec Characteriſtica Intranſitivorum in Tranſitivis : ርሕቀ: *Procul abfuit.* አርሐቀ: *amovit.*

5. Porrò notandum, Verba quatuor literarum in quatuor Conjugationibus tantùm reperiri, veluti in prima aut ſecunda ; deinde in quinta; ut & in ſexta vel ſeptima ; & denique in nona Conjugatione, & à Nominibus ſæpè derivari. *ut :* à መንደቤ: *Afflictio.* አመንደበ : *Afflixit.*
ተመንደበ : *Afflictus fuit ab aliquo.*
አንፈርዐጸ : *Exiliit.*

CAP. II.

De Literis Characteriſticis Conjugationum, harumque diverſis formis.

Quælibet Conjugatio peculiarem habet Characteriſticam, ſed diverſas formas. de quibus nota Regulas Generales.

I. *Ultima Gutturalis, literam ſexti ordinis in omnibus Conjugationibus antè ſe requirit, ut :* ባልሐ: liberavit. ተበወሐ : poteſtate prædìtus fuit. ተበወሐ : alter alteri poteſtatem dedit. ሞቅሐ: ligavit. ተስሐ: miſcuit. *Quin & in quarta Conjugatione Defectivorum media* ወ: *ipſum* ወ : *expellit ; hinc pro* አብወአ : *dicitur* አብአ : attulit. *Marc.* 2. 44. *& pro* አብወሐ: አብሐ : poteſtatem dedit, à ቦዊሐ :

II. *Prima radicalis quarti, quinti vel ſeptimi Ordinis in Conjugationibus derivatis manet, ut :* ማሰነ: Corruptus fuit in ſe. አማሰነ: Corrupit. *Luc.* 15.13. ተማሰነ: Corruptus fuit ab alio. *Lev.* 26. 43. ቤዘወ: redemit. አቤዘወ : redimi curavit. ተቤዘወ : redemptus fuit. ሞቅሐ : ligavit, አሞቅሐ : ligari curavit. ተሞቅሐ : ligatus fuit.

III. *Verba quædam quorum media eſt Gutturalis, in eadem ſignificatione ſæpè dupliciter ſcripta reperiuntur. ut :* መሐረ : *Matth.* 14. 14. *Marc.* 1. 41. *&* ምሕረ: Miſertus eſt. *Org. l.* 5. 1 *Pet.* 2. 10. *Rom.* 9. 15. *& alibi.* መሐከ : *&* ምሕከ : pepercit, *de cæteris dubito an benè, ut :* ተሐንጸ: *Pſal.* 95. *tit. &* ተሐንጸ : *Joh.* 20. 20.

Sequuntur Regulæ ſpeciales.

I. *Prima Conjugationis Characteriſtica eſt Vocalis vel Diphthongus ſexti Ordinis in media radicali; Ejuſque ſequentes ſunt formæ. ut :* ገብረ: fecit ጉሠአ : eructavit. ሐጕለ : periit. ርእየ: vidit. ቤዘወ: redemit. *nec non Defectiva* ነደ: arſit. ኖመ: dormivit. ሠረ : Conſtituit. *per Canon.* 1. *&* 7.

NOTA : Si Characteriſtica hujus Conjugationis ſit Gutturalis, primam radicalem ſexti Ordinis efficit. *ut :* ምሕረ: *miſertus fuit.* ርእየ : *vidit.* ጽህቀ : *deſideravit. ut in except. Can. quarti dictum.*

II. *Secunda Conjugationis Characteriſtica eſt media radicalis Ordinis primi; quæ etiam tonum habet, ſicuti docuimus lib.* 1 *c.* 5. *n.* 2. *Ejuſque ſequentes ſunt formæ, ut :* ነበረ: Sedit. ኰነነ: Judicavit. ዜነወ: annunciavit. መሐለ: Juravit. ፈነወ: miſit. *Matth.* 27. 19.

NOTA

NOTA: Dari quædam verba, quæ in eadem significatione diversimodè scripta reperiuntur. ut: ነቅሀ: *Actor.* 16. 27. & ነቀሀ: *Matth.* 25. 7. Verùm mendosè ut puto, sicuti & hîc prius præferimus.

III. *Tertiæ Conjugationis* ጋበረ: *Characteristica est prima radicalis quarti Ordinis, & respondet tertiæ Conjugationi Arabum* فاعل. *ut:* ባረከ: بارك benedixit. ሳረረ: Fundavit. ማሰነ: corruptus fuit.

IV. *Quartæ Conjugationis* አገበረ: *Characteristica est litera* አ: *cum prima radicali Ordinis sexti. ut:* ገብረ: fecit, አገበረ: fieri jussit. ርሕቀ: Procul abfuit, አርሐቀ: elongavit. ጉየ: fugit, አጕየየ: fugere coegit. *Sic* አምጽአ: adduxit. አምዕዐ: Irritavit. አገብአ: Reverti fecit, *per Can.* 5. *supra allegatum.*

EXCIPE አዒረየ: *Exæquavit. Org. lect.* 2. ab ዐረየ: *æqualis fuit.*

V. *Quintæ Conjugationis Characteristica est litera* አ: *ita tamen ut prima radicalis primi Ordinis maneat. ut:* አገበረ: coegit, አመከረ: tentavit, አሠነየ: exornavit. አለበወ: Instruxit. አኰነነ: præfecit ceu præsidem.

VI. *Sextæ Conjugationis Characteristica est* ተ: *Passivum & media radicalis sexti Ordinis. ut:* ተገብረ: factus est. ተመርሐ: ductus est. ተሞቅሐ: *vinctus est. Et Passiva quartæ Conjugationis. ut ab* አንሥአ: elevavit, *fit* ተንሥአ: Surrexit. *ab* አምዕዐ: Irritavit *fit* ተምዕዐ: ad iram provocatus fuit.

NOTA: Verba quorum media radicalis est Gutturalis, in sexta Conjugatione sunt formæ ተምህረ: *didicit*, ut: ተምሕረ: *Misericordiâ affectus fuit.* ተልእከ: *Ministravit*, à ለአከ: ተስእለ: à ሰአለ: *Petiit.* ተውህበ: à ወሀበ: *dedit.*

VII. *Septimæ Characteristica est etiam* ተ: *Passivum & secunda radicalis primi Ordinis. ut:* ተመከረ: tentatus, probatus fuit. ተፄወወ: captus fuit. ተኰነነ: judicatus fuit.

NOTA: አልኅሰሰ: *Submissè locutus est* in hac Conjugatione vocalem septimi Ordinis resolvit in ወ: quod Characteristicam hujus Conjugationis suscipit. ut: ተልኆሰሰ: *Inter se mutuò submissè loqui. Luc.* 12. 3.

VIII. *Octavæ Characteristica est litera* ተ: *cum prima radicali quarti Ordinis. ut:* ተማከረ: unus cum alio conspiravit, ተሳለመ: unus cum alio pacem fecit. ተባልዐ: Unus alium devoravit, *per Reg. Generalem* 1.

IX. *Nona pro Characteristica habet syllabam* አን: *quæ non tantùm verbis trium literarum, ut* አንገለገ: congregatus fuit: *Sed ut plurimùm radicibus quatuor literarum præmittitur. ut:* አንፈርዐጸ: exiliit. አንቃዕደወ: elevavit: *nec non geminatis frequentissimè. ut:* አንበስበሰ: trepidavit, አንጐርጐረ: murmuravit, አንኰርኰረ: volvit, provolvit.

X. *Decimæ Characteristica est syllaba* አስተ: *cujus formæ sunt tres.* ut:

1. አስተርአየ: Apparuit. አስተብረከ: in genua procubuit. *Marc.* 1. 4.
አስተመሐረ: intercessit pro aliquo አስተብቍዐ: supplex oravit, *per Reg. Gen.* 2.
2. አስተፈሥሐ: Exhilaravit. አስተበውሐ: potestatem dedit.
3. አስተማወቀ: Calefecit. አስተሳለመ: Pacavit, pacificos reddidit.

XI. *Quadrilitera unam tantùm formam habent; ut* ቀጥቀጠ: Contrivit. ደመሰሰ: delevit. *Et secundum Can.* 4. & 5. ገፍትአ: Evertit, ረሀርሀ: mitis fuit. *In quarta Conjugatione* አሠለጠነ: potestatem, facultatem dedit.

CAP. III.

De Vi & Potestate Conjugationum.

1. **I**N primis tribus Conjugationibus Verba sunt Activa, tàm Transitivè quàm Intransitivè accepta, ut :

መርሐ ፡ *duxit.*	ዐርገ ፡ *ascendit.*
ሰገደ ፡ *adoravit.*	ተክዘ ፡ *tristis fuit.*
ባረከ ፡ *benedixit.*	ማሰነ ፡ *corruptus fuit.*

NOTA (1.) መልአ ፡ *sicut Hebraicum* מָלֵא *& transitivè & intransitivè accipitur.*

NOTA (2.) *Multa Verba Intransitiva, uno verbo æquipollenti Latinè reddi non posse, igitur notandum; Si in Lexico nostro passivè reddantur, non accipi de passione ab alio illatâ, sed de qualitate in se natâ vel existente ; ut :* ሰፈፈ ፡ expansus fuit *scil.* in se ipso, non ab alio. ማሰነ ፡ corruptus fuit *scil.* in se ipso. ተማሰነ ፡ *antem significat* corruptus fuit ab alio.

2. In quarta & quinta Conjugatione Verba sunt Transitiva, vel simpliciter; si Verbum primitivum sit Intransitivum ; vel dupliciter, si illud fuerit Transitivum. Latinè verò efferuntur, vel per verba Activa, vel per verba jussum aut impulsum inferentia, veluti *curavit, jussit, fecit, effecit ut alter aliquid ageret, vel ut aliquid fieret. ut :*

ሐጕለ ፡ *periit.*	አሕጕለ፡ *perdidit.*
ሠነየ ፡ *bonum fuit.*	አሠነየ ፡ *beneficio affecit.*
ሰገደ ፡ *adoravit.*	አስገደ ፡ *ad adorandum induxit.*

NOTA (1.) *Quædam Verba harum Conjugationum, vel intendere significationem, vel eam paulò remotiorem à primitivo suo habere, ut :* ገብረ ፡ fecit. አግበረ ፡ fieri fecit *vel* jussit. አገበረ ፡ coëgit. ነሥአ ፡ sumsit, abstulit. አንሥአ፡ erexit, suscitavit. መከረ ፡ consilium cepit, molitus est. አመከረ ፡ probavit, exploravit.

NOTA (2.) አዕረፈ ፡ *& Transitivè & Intransitivè significat, nempe* requievit, & requiescere fecit, *seu* refocillavit : *Sic* አጽምአ ፡ auscultavit, *&* admovit aurem.

3. In sexta & septima Conjugatione ab Activis fiunt Passiva, ut ገብረ ፡ *fecit,* ተገብረ ፡ *factus est.* መርሐ ፡ *duxit,* ተመርሐ ፡ *ductus est.* ፄወወ ፡ *cepit,* ተፄወወ፡ *captus fuit.*

NOTA (1.) *Quæ in Primitivis Conjugationibus innsitata sunt, Intransitivam hîc habent significationem, ut :* ተሐሥየ ፡ exsultavit, ተፈሥሐ ፡ lætatus est, *cujusmodi Verba apud Latinos Deponentia vocantur.*

NOTA (2.) *In sexta Conjugatione Verba cultum corporis denotantia, significationem habent actionis in subjecto permanentis, unde Reciproca à nonnullis vocantur, ut :* ተለብሰ ፡ induit se, ተቀብአ ፡ unxit se, ተኀፅበ ፡ lavit se, ተዐጽፈ ፡ amixit se.

NOTA (3.) *Verba quædam sextæ Conjugationis non purè passivè, sed cum effectu*

fectu Activi sui sunt accipienda, ut : አዘዘ : jussit, præcepit. ተአዘዘ : obedivit, obtemperavit. መጠወ : tradidit, ተመጠወ : accepit.

4. Octava Conjugatio actionem & cooperationem mutuam inter aliquos significat, & respondet sextæ Conjugationi Arabum تفاعل ut ተማከረ : *consultavit cum aliis.* Quæ Verba in Plurali ferè occurrunt, quia de pluribus sermo est, ut : ተራከበ : *occurrerunt sibi invicem* : ተሳዐሙ : *osculatæ sunt se invicem* : *Psal.*84.11.

EXCIPE Verba à tertia Conjugatione derivata, quæ merè passiva sunt, & *a* quarti Ordinis Activorum suorum retinent; *secund. Reg. gen.* 2. ut : ባረከ : *benedixit.* ተባረከ : *benedictus fuit.* Ut taceamus quædam alia, in quibus actio mutua non quadrat; ut ተሳለቀ : *illusit, delusit aliquem.*

5. In nona Conjugatione pleraque Verba impetum vel motum quendam reciprocantem denotant; ut እንገለገ : *concursum facere.* እንቀልቀለ : *concuti, commoveri.* እንፈርዐፀ : *exilire.* እንጌገየ : *hinc inde oberrare, vagari.* እንጕርጕረ : *murmurare* est.

6. Decima Conjugatio variè significat : nam (1)quædam petendi & quærendi significationem habent, sicuti decima apud Arabes استفعل.ut: መሐረ : *misertus est,* አምሐረ : *ad misericordiam permovit,* አስተምሐረ : *misericordiam petiit pro se, vel pro alio. i. e. intercessit.*

(2.)Sicuti se habent Verba quartæ Conjugationis, respectu trium primarum Conjugationum; ita verba hujus Conjugationis se habent respectu sextæ, septimæ & octavæ Conjugationis; nimirum ex his in decima fiunt Verba simpliciter, & dupliciter Transitiva. ut : ተፈሥሐ : *lætatus est,* አስተፈሥሐ : *lætitia affecit.* Sic à ተሳተፈ : *particeps fuit,* አስተሳተፈ : *participem reddidit.* à ተሳነነ : *litem cum aliquo habuit,* fit አስተሳነነ : *litem inter aliquos excitavit.*

(3.)Nonnunquam intendere tantùm videtur significationem; ut : አስተሐመመ : *valdè anxius fuit animo.*

(4)Peculiarem sæpè & diversam à radice habet significationem, ut : ወደየ : *imposuit,* አስተዋደየ : *accusavit.* አስተርከበ : *vacavit, intentus fuit alicui rei.*

CAP. IV.

De Conjugationum à se invicem Derivatione.

1. A Conjugationibus Activis, derivantur Passivæ præmisso ተ : Characteristico, ut ገብረ : *fecit,* ተገብረ : *factus est.* ፈጸመ : *absolvit,* ተፈጸመ : *absolutus fuit.* ሣረረ : *fundavit,* ተሣረረ : *fundatus est,* vel *fuit.* Rariora autem sunt Passiva ab Activis quartæ vel quintæ Conjugationis, ut : አንሥአ : *excitavit,* ተንሥአ : *excitatus fuit,* id est, *surrexit.* አምዐዐ : *irritavit,* ተምዐዐ : *irritatus fuit.* አልዐለ : *exaltavit,* ተልዐለ : *exaltatus fuit. Psal.*8.2.

NOTA: Secundam Conjugationem in Passivis characteristicam suam plerumque mutare, ut ab ሐነጸ : *Psal.*126.1. *fit* ተሐንጸ : *Joh.*2.20. *à* ቀተለ : *Psal.*104.

31. *fit*

31. *fit* ተቀትለ : occisus fuit *Matth.* 27.4. *à* ከሠተ : Manifestavit *Psal.* 97. 3. ተከሠተ : Manifestatus fuit. *Mar.* 4.22.

2. A Primitivis tàm Transitivis quàm Intransitivis, Verba quartæ Conjugationis formari possunt, secundum rationem in capite præcedenti dictam.

3. Verba quæ mutuam actionem admittunt, à Primitivis Activis derivari possunt in octava Conjugatione, secundum formam ተጋበረ : ut : ሰዐመ : *osculatus est*, ተሳዐሙ : *osculati sunt se invicem.* ረከበ : *reperit*, ተራከቡ : *reperit alter alterum*, id est, *convenerunt.*

4. A sextâ, septimâ & octavâ Conjugatione, in decima fieri possunt Transitiva, tàm simpliciter quàm dupliciter ; ut : ተፈሥሐ : *lætatus est*, አስተፈሥሐ : *lætificavit.* ተራከቡ : *convenerunt inter se.* አስተራከበ : *convenire fecit aliquos inter se.*

CAP. V.

De reliquis Verborum Accidentibus, & in specie de Usu Temporum.

1. MOdos quatuor habent, Indicativum, Subjunctivum seu Optativum, Imperativum & Infinitivum.

2. PARTICIPIO carent, illud enim exprimunt modò per Futurum, modò per Infinitivum, ut suo loco dicetur.

Nam etsi Conjugationes አ : *characteristicum habentes, ex se forment vocabula quædam à* መ : *incipientia, quæ sanè respondere videntur Participio Hiphil & Hithpahel apud Ebræos: & Participiis Arabum formæ* مفعل *&* مستفعل

ut : አምጽአ : adduxit. መምጽኢ : adductor.
አስቆቀወ : lamentatus est. መስቆቅው : lamentator.
አስተምሐረ : intercessit. መስተምሕር : intercessor.

quia tamen Temporis ratione destituuntur, nec eodem modo ac Participia nostra construuntur, magìs est ut dicamus, esse Nomina Verbalia Actorem significantia, derivata à Verbis, quæ ab አ : *Characteristico incipiunt.*

Ob eandem rationem nec formam ገቡር : factus, ፈጡር : creatus, *pro Participio Passivo agnoscimus, quamvis convenire videatur cum forma Pahul ; Cùm & Intransitiva & Neutra ejusmodi formam admittant, ut :* ሕዙን : ትኩዝ : tristis ወዲቅ : qui cecidit, *quæ tamen aliàs hoc Præterito carent ; Sed sunt potiùs Adjectiva Verbalia, qualitatem vel effectum sui Verbi unde derivantur, in subjecto denotantia.*

3 : Tempora ut cæteri Orientales habent Præteritum & Futurum.

PRÆSENS tantùm in Subjunctivo occurrit ; nam Indicativi Futuro utuntur pro Præsenti ; quod quidem nostro idiomati assuetis oppidò incommodum videtur, sensus tamen, constructio, longusque usus, huic defectui succurrit.

4. PRÆTERITUM igitur, quod hîc Thema simplicissimum repræsentat, Radicis seu stirpis instar est, ex quo non cætera modò Tempora, & Conjugationes, sed & Nomina pleraque progerminant ; Pauca enim vice versa à Nominibus

 bus

bus derivantur. Continet autem ſub ſe cætera Præterita Latinorum, Imperfectum & Pluſquamperfectum Indicativi, & Subjunctivi; nec non Futurum Subjunctivi, ſi Particulæ id poſcant; ut: ሶቤሰ ፡ ፈቀድከ ፡ መሥዋዕተ ፡ እመወሀብኩ ፡ *Si autem veluiſſes ſacrificia, utique dediſſem. Pſal.* 50. 17. እመተዐገሥኩ ፡ *toleraſſem. Pſal.* 54. 12, 13. እመሂ ፡ ወደቁ ፡ *Si lapſus fuero, &c. Org.*

EXCIPE ሀሎ ፡ *Defectivum, quod Præſentis et Imperfecti Indicativi ſignificationem habet:* Eſt, erat, adeſt, aderat. *Cùm contrà Perfectum* ሀለወ ፡ *Perfecti, cæterorumque temporum, pro more hujus linguæ uſum præbeat, ut in Lexico noſtro notavimus.*

5. FUTURUM, ut diximus, hîc etiam pro Præſenti Indicativi eſt.

NOTA: Cum Particulis እንዘ ፡ cum, dum, *&* እለ ፡ qui, *Latinè commodè effertur per Participium Præſens, ut:* እንዘ ፡ ይብል ፡ dicens. እንዘ ፡ ኢይትሬአይ ፡ non apparens, inviſibilis: እለ ፡ ይነዱ ፡ ardentes. *Pſal.* 7. 14.

6. PRÆSENS SUBJUNCTIVI vel OPTATIVI (quod etiam Futurum ſecundum appellari poteſt, prout in Lexico noſtro Futuri nomine, tàm Futurum Indicativi, quàm hoc Tempus intellectum volumus;) locum habet poſt Adverbia prohibendi, vel optandi, ኢ ፡ & ለ ፡ Nec non poſt Conjunctionem cauſalem ከመ ፡ *ut:* quâ per Ellipſin omiſſâ, in Conſtructione verbi cum Verbo hoc Tempus Latinè redditur per Infinitivum, ut: ይከውነነ ፡ ንሁብ ፡ *Licet nobis* (ut) *demus*, id eſt, *dare. Marc.* 12. 14. & ſic pro Infinitivo Latino ſæpè occurrit.

NOTA: Verba ſextæ et ſeptimæ Conjugationis, quæ in Futuro vocali quinti ordinis non utuntur, ut et Verba octavæ Conjugationis, hoc Tempore carent, pro eo autem retinent Præſens Indicativi, ut infra docebitur.

7. IMPERATIVUS, qui ſicuti notum, etiam monendi, hortandi, rogandi ac ſinendi vim habet, affirmativè tantùm uſurpatur. Pro negativo autem Optativus adhibetur, ut: ኢትርሐቅ ፡ *ne diſcedas. Pſal.* 21. 10. Sic ተመዐዑ ፡ ወኢተአብሱ ፡ Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. *Iraſcimini, neque peccetis, Pſal.* 4. 5.

8. Tertia Perſona Singularis, item prima & tertia Pluralis Imperativi, ſicuti apud Latinos, ita nec hîc differunt ab Optativo, ut: እግዚአብሔር ፡ ይዕቀብከ ፡ ወይክድንከ ፡ *Dominus cuſtodiat te, et obtegat te. Pſal.* 120. 5. ንሑር ፡ ወናእምር ፡ *eamus ac cognoſcamus. Luc.* 2. 15.

9. INFINITIVI ſicut multiplex eſt forma, ita & conſtructio & uſus. De Conſtructione in Syntaxi dicemus, modò hic obſerves formam ገቢር ፡ haud aliter ac nomina ſtatum conſtructum admittere. Quod verò uſum ſpectat:

(1.) Reſpondet Infinitivo noſtro, ut: ዘኢይከውን ፡ ገቢረ ፡ *quod non licet facere. Luc.* 6. 2. አልቦ ፡ ዘይክል ፡ ረዲኦትየ ፡ *nemo poteſt juvare me.* ይክልኑ ፡ ወሂብ ፡ *poteſtne dare. Pſal.* 77. 7.

(2.) Cum præfixis በ ፡ & ለ ፡ Latinè per Gerundia in *do* & *dum* exprimi poteſt, ut: በወሊድ ፡ *in pariendo. Org. lect.* 1. በሠረቀቶሙ ፡ ወበዐረቦቶሙ ፡ *in oriendo et occidendo*; ſive *dum oriuntur et occidunt* aſtra. *ibid.* ለነጊሥ ፡ *ad regnandum. Org. l.* 2.

(3.) Cũ affixis perſonalib⁹ Latinè variè efferri poteſt; modò per Participiũ Præſens; modò per Pluſquamperfectũ, aut Futurũ Subjunctivi, ut: ርእዮ ፡ *videns*; ſeu *cùm vidiſſem. Pſal.* 72. 3. ቀቢሮሙ ፡ *poſtquam ſepeliviſſent. Luc.* 23. 55. በጺእየ ፡ *veniens*, ſeu *cum venero. Org.* ገቢረከ ፡ *te faciente. Pſal.* 49. 21. Nec Activa

tantùm

tantùm, ſed & Paſsiva hoc pacto efferuntur, quæ Latinè vel per Participium paſsivum, vel per Particulas *cum* & *dum* reddenda ſunt; ut: ተጠሚቆ : *baptizatus*, ſeu *cum baptizatus eſſet. Matth.*3.16.

(4.) Sæpiſsimè nominaſcit, ut: እሞዊት : *à morte. Org. l.* 2. አድኅኖ : *ſalus.* አሚኖት : *fides.* ኢአሚኖት : *infidelitas*: Sic ዘእንበለ : ሚጦት : ወወልጦት : *ſine converſione & mutatione. Org. lect.* 3. quæ tamen forma extra ſtatum affixi rara eſt.

10. NUMEROS tantùm duos habent, Singularem & Pluralem. Duali tàm in Nominibus quàm Verbis carent; PERSONAS verò tres, primam, ſecundam, tertiam.

11. GENUS eſt Maſculinum, Fœmininum & Commune. Prima Perſona Communis eſt, reliquæ verò generæ ſunt diverſæ, uti ex Themate ſequenti patet:

CAP. VI.

De Temporum & Perſonarum formatione per omnes Conjugationes,

REGULÆ GENERALES.

I. PRima radicalis quarti, quinti & ſeptimi Ordinis, ut in omnibus Conjugationibus, ita & in omnibus Temporibus primitivi ſui vocalem retinet: ut: ትማስን *deſolatur. Matth.*12.25. à ማሰነ : *deſolatus fuit.* አማስኖ : *corruptio. Pſal.*139.12. ab አማሰነ : *corrupit. Luc.*15.13. ተማስኖ : *corrumpi.* 3 *Reg.* 3.34. à ተማሰነ : *corruptus fuit.* Lev.26.43. Sic ይዴግን : *perſequatur. Pſal.*7.5. ዴግን : *perſequere. Pſal.*33.15. à ዴገነ : *perſecutus eſt.* አዴገነ : *perſequi juſſit.* 4 *Reg.*14.19 Sic ይሞቅሕ : *vinciri jubebat. Act.* 8.3. ab አሞቀሐ : *vinciri juſſit*, à ሞቀሐ : *vinxit.*

II. Terminatio Temporum & Perſonarum in omnibus Conjugationibus eadem eſt, ut Paradigmata docebunt.

III. Alf Characteriſticum IV. V. IX. & X. Conjugationis, ut & primæ perſonæ Futuri, ob præcedentem negativam ኢ : convertitur in የ : ut: አእመረ : *ſcivit.* ኢየእመረ : *neſcivit.* Ubi nota: Quamvis አ : hoc loco analogicè ſit primi Ordinis የ : tamen in quarto Ordine conſtituitur, ut ſonus ſervetur [illegible] አ: quod in primo Ordine non aliter ſonat ac in quarto; *ut diximus lib.* 1. *c.* 3 *n.*1. *in Except.* Sic: ኢይፈርህ : *non timebo*, pro ኢእፈርህ : *Pſ.*3.6. ኢይስእለከ : *non petam te.* Quo caſu prima perſona Futuri à tertia non niſi ſenſu diſcernitur.

NOTA: Ad vitandam tamen ſenſus ambiguitatem, ne tertia fortè perſona Futuri intelligatur, እ : *ſemel atque iterùm manere deprehendi. ut:* ኢእፈቅድ : *Org. lect.* 3.

Sequuntur Regulæ ſpeciales ad Præteritum.

IV. De Præterito nota, literas Perſonæ formativas tertiæ radicali ſimili vel cognatæ cedere, ſuamque vocalem ei relinquere, *ſecundum exceptionem lib.* 1. *cap.* 8. *Can.* 1. *traditam*; ut: ኀደገ : pro ኀደግከ : *omiſiſti. Pſal.*84.2,3. ስአነ : pro ስአነነ : *nequivimus.*

V. Cha-

V. Characteristica Conjugationis in tertiis Personis Præteriti manet, ut:

የብስት ፡ *exarunt*, à የብሱ ፡ Sic ርዕደ ፡ ርዕደት ፡ *tremuit. Psal.* 17.9.
ኃጥአ ፡ ኃጥኡ ፡ *non invenerunt. Marc.* 14.56.
ዐርጋ ፡ *ascenderunt. Marc.* 15.41. Sic : ነበረ፡ነበረት፡ነበረ፡ነበሩ፡
ተሀውከ ፡ ተሀውከት ፡ *conturbata est. Psal.* 6.3. ተሬሠሐ ፡ *Psal.* 83.1.
ተጋብአ ፡ ተጋብኡ ፡ *congregati sunt. Matth.* 26.3.
ተራከበ ፡ ተራከበ ፡ *obviam venerunt F. Psal.* 39.16.
ተንሥአ ፡ ተንሥአት ፡ *surrexit. Luc.* 1.39. ተንሥኡ ፡ *Psal.* 2.2.
ተልእከ ፡ ተልእከት ፡ *ministravit. Luc.* 4.39.

In reliquis Personis si tertia Radicalis sit gutturalis observari debet *Canon* IV. ut:

ሰማዕከ ፡ ሰማዕኪ ፡ *audivisti &c.* Sic: ኀባእኩ ፡ *abscondi. Ps.* 118.11.
መጻእክሙ ፡ *Marc.* 14.48. *Venistis.* በቋዕኩ ፡ *profui. Matth.* 15.5.

Regula Futuro, & Præsenti Subjunctivi communes.

VI. Futurum, nec non Præsens Subjunctivi formatur per literas እትይን ፡ in sexto Ordine constitutas, & radicalibus præmissas; *ut in paradigmate apparet c.* 7. *& seqq.*

VII. Sed si Conjugatio incipiat ab አ ፡ Characteristico, quod fit in quarta, quinta, nona, & decima Conjugatione, tunc literæ እትይን ፡ possident vocalem Ordinis quarti, *prout vides ex Paradigmatibus illarum Conjugationum, infra Capite* 9. 11. *et* 12.

VIII. Si prima Radicalis in primis tribus Conjugationibus sit Gutturalis Ordinis primi vel quarti, tunc etiam literæ እትይን ፡ primi Ordinis erunt; ut in Futuro አዐቅብ ፡ *custodiam. Psal.* 118.44. አሐውር ፡ *Ibo, ibid. v.* 45. የኅልቅ፡ *Psal.* 7.10. የኃሡ ፡ *quærunt. Psal.* 69. 2.5. የኀልፍ ፡ *Psal* 89.6. *transit.* In Subjunctivo የሀሉ ፡ *Psal.* 108. 14. ተሀሉ ፡ *Psal.* 72.24. ከመ ፡ ተሐውጾ ፡ *ut visites eum.* Psal. 8.5.

NOTA: Inficias ire non possumus Verbum ሐሰበ ፡ ut et ኀሠሠ ፡ Luc. 12.30. 48. *et alia nonnulla à Gutturali incipientia Luc* 19.43. *et* 44. *literas* እትይን ፡ *in Futuro;* ሐለየ ፡ *verò Luc.* 5.21. *et* አኀዘ ፡ *Luc.* 22.31. *in Subjunctivo, in sexto Ordine constitutas habere:* ኀሠሠ ፡ *quidem alibi multoties Regulam nostram sequitur:* ሐሰበ ፡ *autem et* ሐለየ ፡ *ferè nunquam, ut dubitem an mendum dicere debeam, an specialis aliqua ratio subsit.*

Regula Futuro peculiaris.

IX. Prima Radicalis Futuri sæpè possidet vocalem vel Diphthongum Ordinis quinti, rarius in prima, frequentius verò in cæteris Conjugationibus earumque derivatis.

NOTA: Verba quinta Conjugationis in Futuro vocalem quinti Ordinis maximè amant, ut:

አለበወ ፡ instruxit. *Psal.* 15.7. አሌቡ ፡ *Psal.* 31.10.
አመከረ ፡ tentavit. የሜክር ፡ *Marc.* 10.2. ይትሜክር ፡ *Mat.* 4.1.

አሠነየ፡

አሠነየ፡ benefecit. ታሠኒ፡ *Psal.* 48.19. *Hinc porrò promanat* ይሠኒ፡ *Psal.* 35.8. *et Imperativus* አሠኒ፡ *Psal.* 124.4.

Regula Optativo sive Præsenti Subjunctivi peculiaris.

X. Quæcunque Verba quinti Ordinis Vocali in Futuro utuntur, ea in Subjunctivo illius loco habent Vocalem Ordinis primi, adeoque non differunt à Futuris reliquorum verborum.

Ad Imperativum.

XI. Imperativus formatur à secundis personis Subjunctivi, abjectis literis ኣት ይን፡ in primis tribus Conjugationibus simpliciter: ut à ትግበር፡ ትግበሪ፡ fit ግበር፡ ግበሪ፡ à ትቀድስ፡ fit ቀድስ፡ *sanctifica.* à ትሰብሑ፡ fit ሰብሑ፡ *celebrate.* In cæteris verò ita, ut Characteristica Præteriti in priorem statum restituatur. ut à ያግብር፡ *fieri curet*, fit አግብር፡ *fieri cura.* à ትትገበር፡ ትትገበሪ፡ fit ተገበር፡ ተገበሪ፡ Sic ትትፌሣሕ፡ ትትፌሥሒ፡ *læteris*, ተፈሣሕ፡ ተፈሥሒ፡ *lætare.*

XII. Ut autem res undique clara evadat, proximè præcedentes Regulas exemplis hinc inde collectis confirmabimus.

EXEMPLA.

Præt.	Futur.	Optat.	Imper.
ንስሐ፡ *pœnit. egit* ✝ 105.43.	ይኔስሑ፡ *Ps.* 33.23.	ይንስሑ፡ *ib. v.* 22.	ንስሑ፡ *Mat.* 3.
ፈጸመ፡ *perfecit.*	ይፌጽሙ፡ *Ps.* 1.4.	ይፈጽሙ፡	ፈጽሙ፡
ተክዘ፡ *contristatus fuit.*	ትቴክዙ፡ *Joh.* 16.	ትተክዙ፡ *Mat.* 6.34.	ተክዙ፡
ጠየቀ፡ *cognovit.*	ትጤይቅ፡ *Ps.* 138.	ትጠይቁ፡ *Ps.* 10.38.	ጠይቁ፡
ኰነነ፡ *judicavit.*	{ ይኰንኑ፡ *Psal.* 9.8. / ትትኰነኑ፡ *Mat.* 7.	ትኰንኑ፡ / ትትኰነኑ፡ } *Mat.* 7.1.	ኰንኑ፡ *Ps.* 5.
ኈለቈ፡ *numeravit.*	{ ይኌልቅ፡ *Ps.* 146. / ይትኌለቅ፡ *Rom.* 4.	ይኈልቅ፡ / ይትኈለቅ፡	ኈልቅ፡
አልዐለ፡ *exaltavit.*	{ ያሌዕል፡ / ትትሌዐሊ፡ *Matth.* 11.23.		
ተፈሥሐ፡ *lætatus est.*	{ ይትፌሣሕ፡ *Ps.* 12. / ያስተፌሥሕ፡ *Ps.* 18.9.	ንትፈሣሕ፡ *Ps.* 94.1.	ተፈሣሕ፡

XIII. Hoc pacto conjugantur multa Verba alia usu discenda, veluti: ሀለወ፡ *fuit.* ሐለወ፡ *excubias egit.* መሀረ፡ መጠወ፡ ቀደሰ፡ ነጸረ፡ ወለጠ፡ ወደሰ፡ ጸለለ፡ Et plurima tertia Radicali የ፡ ut፡ ለሐየ፡ ሐለየ፡ *cogitavit.* ረሰየ፡ ረቀየ፡ ርእየ፡ ጸለየ፡ item፡ ተመክሐ፡ ተወከለ፡ *&c.* Et quia ista conjugandi ratio constans & perpetua est, ideò unum tempus ex alio facile colligi atque derivari poterit. Verba enim omnia vel hanc conjugandi rationem, vel illam quam in paradigmate posuimus, servant.

CAP.

CAP. VII.

Paradigma Primæ Conjugationis.

INDICATIVI PRÆTERITUM.

		Masc.	*Comm.*	*Fœm.*
Sing.	3.	ገብረ : fecit		ገብረት : fecit fœmina.
	2.	ገበርከ : fecisti		ገበርኪ : fecisti fœmina.
	1.		ገበርኩ : feci.	
Plur.	3.	ገብሩ : fecerunt illi		ገብራ : fecerunt illæ.
	2.	ገበርክሙ : fecistis		ገበርክን : fecistis fœminæ.
	1.		ገበርነ : fecimus.	

FUTURUM *vel* PRÆSENS.

		Masc.	*Comm.*	*Fœm.*
Sing.	1.		እገብር : faciam & facio.	
	2.	ትገብር : facis *vel* facies.		ትገብሪ : facis fœm.
	3.	ይገብር : facit *vel* faciet.		ትገብር : facit fœm.
Plur.	1.		ንገብር : faciemus & facimus.	
	2.	ትገብሩ :		ትገብራ :
	3.	ይገብሩ :		ይገብራ :

SUBJUNCTIVI *vel* OPTATIVI PRÆSENS.

		Masc.	*Comm.*	*Fœm.*
Sing.	1.		እግበር : faciam.	
	2.	ትግበር :		ትግበሪ :
	3.	ይግበር :		ትግበር :
Plur.	1.		ንግበር :	
	2.	ትግበሩ :		ትግበራ :
	3.	ይግበሩ :		ይግበራ :

Alia Verba utuntur እገብር : quæ eodem modo conjugatur.

IMPERATIVUS.

Sing. { 2. ግበር : 2. ግበሩ : } *Plur.* { ግበሪ : ግበራ : }

Alia Verba faciunt ገብር :

INFINITIVUS.

1. ገቢር : & ገብሮ :
2. ገቢሮት : & ገብሮት :

Sequuntur Regulæ quædam speciales in prima Conjugatione observandæ; quibus

quibus etiam verba Defectiva, si Exempla se obtulerint, complectemur.

Ad Præteritum.

Duæ priores radicales sexti Ordinis, *secundum Exceptionem Canonis quarti*, per omnes personas præteriti manent, ut; à ክሀለ፡ fit ክሀልኩ፡ *nequivi. Psal.* 39. 6. ርእያ፡ *viderunt fœm. Luc.* 23. 55.

Ad Futurum sive Præsens Indicativi.

Prima radicalis Præteriti in Futuro manet, ut; ነግሠ፡ ይነግሥ፡ *regnabit, Psal.* 9. 40. Etiam in verbis quorum media est Gutturalis, ut; ውሕዘ፡ *fluxit,* ይውሕዝ፡ *fluet. Psal.* 45. 4. ምሕረ፡ *misertus est,* ይምሕር፡ *miseretur. Psal.* 36. 22. ልህቀ፡ *adolevit,* ዘይልህቅ፡ *natu maximus. Matth.* 22. 25. adeóque talia verba in hoc tempore non differunt ab Optativo aliorum verborum.

EXCIPE Ab hac Regula verba nonnulla tertiâ Gutturali prædita, quæ in Futuro utuntur quinti Ordinis vocali; veluti ለቅሐ፡ *mutuo dedit.* ሞምዐ፡ *trepidavit.* ረብዐ፡ *quatuor confecit.* ሰብሐ፡ *laudavit.* ነስሐ፡ *pœnitentiam egit.* Quibus adde ርእየ፡ quod facit እሬኢ፡ *Psal.* 8. 4.

Ad Subjunctivum.

Forma Subjunctivi regulariter duplex est, & usu discernenda: ALTERA Paradigmatis እገብር፡ Sic እሕየው፡ *Vivam* à ሐየወ፡ *vixit.* ይስተይ፡ *Matth.* 27. 34. à ሰተየ፡ *bibit.* ንእመን፡ *ib. v.* 42. ab አምነ፡ *credidit.* ይዕረግ፡ *ascendat. Psal.* 73. 24. quam sequuntur verba quorum media radicalis est Gutturalis, ut; ይድኅን፡ *salvet,* à ድኅነ፡ Sic ኢትርሐቅ፡ *ne recedas Psal.* 21. 10, 20. ይምሐው፡ *Psal.* 128. 5. à ምሕወ፡ *Evulsit*: ALTERA est እግብር፡ ut; ይዕርጉ፡ *Ascendant. Psal.* 2. *tit.* ab ዐርገ፡ *ascendit.*

NOTA: Utramque formam admittunt Verba quorum ultima radicalis est Gutturalis; in iis enim personis ubi tertia radicalis sexti Ordinis est, obtinet forma prima; ac propterea media radicalis in quartum transfertur Ordinem, per Can. 4. *Sin alius sit Ordinis, tum verò forma secunda locum habet, per Can.* 5. *ut;*

Sing.		*Plur.*	
እምጻእ፡		ንምጻእ፡	
ትምጻእ፡	ትምጽኢ፡	ትምጽኡ፡	ትምጽኣ፡
ይምጻእ፡	ትምጻእ፡	ይምጽኡ፡	ይምጽኣ፡

Sic ይጥፋእ፡ *Psal.* 108. 14. ይንሣእ፡ sumat. ይንፃሕ፡ dejiciat, *accedente affixo* ይንጽሖሙ፡ *Psal.* 105. 26, 27.

Præter illas formas occurrit quoque forma እግብር፡ in verbis quæ in Futuro habent *e. sicuti supra dictum Reg.* 10. *c.* 6. Excipe ርእየ፡ quod facit እርአይ፡ ትርአይ፡ &c. *Psal.* 118. 74. quamvis in Futuro habeat *e.*

Ad Imperativum.

Imperativus sequitur Regulam generalem *c.* 6. *n.* 11. traditam, ut; ግበር፡ *Psal.* 36. 3. ዕረግ፡ *Ascende. Org. lect.* 1. ምላእ፡ *Imple. Psal.* 82. 15. ስማዕ፡ *Audi. Psal.* 118. 149. ob Gutturalem, *per Can.* 4.

NOTA: Quorum media est Gutturalis ea sunt formæ ገበር : *ut* ; ርሐቁ : ርሐቁ: *&c.* recedite. *Psal.* 6. 8. *Matth.* 7. 23.

Ad Infinitivum.

Infinitivi duplex est forma ; Prior ገቢር: in statu absoluto : (*Sic* በሊዕ: edere, *à* በልዐ : *edit. Luc.* 6. 4. *In regimine verò cum verbo facit* ገቢረ : *ut* ; ዘሊ ይከውን:ገቢረ: *Luc.* 6. 2. *vel cum nomine* በሊዐ:እክል: edere panem. *Psal.* 101. 5. ተሊወ፣ ጽድቅ : sequi Justitiam. *Psal.* 37. 21.) Altera ገቢሮት : cum Affixo plerumque reperitur ; si videlicet Infinitivus nominascat : (ut ; ረዲኦትየ : *auxilium meum. Psal.* 21. 20 *à* ረድአ : *juvit. Sic* አሚኖትክሙ : *Fides vestra. Matth.* 9. 29.) vel cum verbo construatur : ut ; ይክልኑ:መሪሖቶ: *potestne ducere eum. Luc.* 6. 39. Sed

NOTA (1;) Quòd prima radicalis vocalem præteriti retineat ; hinc ወሒዝ: à ወሐዘ: *fluxit. Apoc.* 12. 16. ርአዩ: *videre. Psal.* 72. 3. pro ርኢዩ: *per Cun.* 8. à ርእየ: *vidit.*

NOTA (2.) Forma ገብሮ : obtinet in verbis, quorum prima radicalis in Subjunctivo primæ classis est, ut ; Præt. ሰብሐ: *Celebravit.* Fut. እሴብሕ: Optat. እሰብሕ: Imp. ሰብሕ: Infin. ሰብሖ: *Org.*

CAP. VIII.

De inflexione secundæ & tertiæ Conjugationis, quarum formæ præcipuæ sunt ገበረ: *&* ጋበረ:

Ad Præteritum.

1. PRæteritum secundæ Conjugationis non differt à Præterito primæ Conjugationis, nisi in tertiis personis, ubi characteristica Conjugationis *secundum Reg. Gen.* 5. *c.* 6. manet, ut ;

Sing.

Masc.	Com.	Fœm.
ነገረ :	*Narravit.*	ነገረት :
ነገርከ :		ነገርኪ :
	ነገርኩ :	

Plur.

Masc.	Com.	Fœm.
ነገሩ :		ነገራ :
ነገርክሙ :		ነገርክን :
	ነገርነ :	

Ad Futurum.

2. Futurum easdem hic observat formas, quæ in prima Conjugatione observantur.

Sing.

Masc.	Com.	Fœm.
	እነግር :	
ትነግር :		ትነግሪ :
ይነግር :		ትነግር :

&c.

Sic

Sic: ይረክብ: *reperiet Marc.* 3. 26. à ረከበ: *reperit. Psal.* 39. 16. Adcò ut etiam verba, quorum media est Gutturalis, quamvis in præterito prima radicalis sexti Ordinis non sit, hîc tamen eodem modo conjugentur, ut ex sequentibus exemplis constat:

Præt.	Futur.	Optat.	Imper.
መሐለ: *juravit. Ps.* 109.5	ይምሕል: *Ps.* 14. 6.	ትምሐሉ: *Matt.* 5.33	መሐል:
ሰአለ: *petiit. Ps.* 20. 4.	ይስእል: *Ps.* 103.22.	ትስአሉ: *Ps.* 27.20.	ሰአል: *Ps.* 2. 8.
ሰዐረ: *sustulit.*	ይስዕር: *Ps.* 45.8.	ይስዐሩ: *Ps.* 61.4.	ሰዐር: *Ps.* 20.10.

Solum verbum መሀረ: *docuit*, in Optativo & sequentibus temporibus utramque formam admittere, ideoque abundans esse videtur, modò unus vel alter locus mendosus non sit, ut ex sequenti schemate apparet:

Futur.	Optat.	Imper.	Infin.
cant. ut : ቤት : *domus*, Pl. አብያት : ቤዝ : *Venus Planeta.* Pl. አብያዝ : ዖፍ : *avis.* Plur. አዕዋፍ : ሦክ : *ſpina*, Plur. አሠዋክ :

Sexta አግብር :

Fit in nonnullis à ſing. ገብር : ut : በትር : *baculus*, አብትር : *baculi.* ወግር : *collis*, አውግር : *colles.*

Septima ገበርት :

Fit à Singulari ገባሪ : ut ſupra dictum. Sic ጸሐፊ : *ſcriba*, ጸሐፍት : *ſcribæ.* ጸላኢ : *inimicus*, ጸላእት : *per. can.4.lib.1.c.8.* 2. à ንጉሠ : fit ነገሠት :

Octava ገባሪት :

Fit conſtanter à forma ጋብሬ : ut ላርዌ : *beſtia*, ላሬዊት : *beſtiæ.* ሰርዌ : *exercitus*, ሰራዊት :

Nona አግብርት :

Fit (1.) à ገብር : *ſervus.* Sic ረድእ : *diſcipulus*, አርድእት : *diſcipuli.* ነምር : *Pardus*, አንምርት : (2.) à ጋብር : ut ባሕር : *mare*, አብሕርት : *maria.* ላህም : *bos*, አልህምት : (3.) à ግብር : ut ርእስ : *caput*, አርእስት : *capita.* ንስር : *aquila*, አንስርት :

Decima አገባርት :

Sunt quædam Pluralia formæ quintæ quæ ት : ſervile in fine aſſumunt, ut à ቀምሕ : fit አቅማሓ : & አቅማሕት :

Ex quibus videre eſt Singularem ex plurali fracto, aut vice verſa, paucis exceptis, colligi non poſſe. Nam, uti ex allegatis exemplis apparet, forma ſingularis ገበር : admittit quartam & quintam formam pluralem. Forma ገብር : admittit interdum ſecundam & quartam; ſæpiùs quintam & nonam; aliquandò & decimam; imò & plurale ſanum in *ât*, ut : ነፍስ : Pl. ነፍሳት : Forma ግብር : admittit primam & quintam, & ſæpiſsimè utramque, ut ሕዝብ : *populus.* ሕዘብ : & አሕዛብ : *Pſal.* 2. ብርክ : *genu*, ብረክ : & አብራክ :: Quod & Defectiva formæ እድ : *manus*, facere amant, habet enim እደው : & አእደው : Sic ስን : *dens*, ስነን : & አስናን : Vox ርእስ : etiam nonam uſurpat. ut እርእስት : Multa vocabula duas aut plures pluralium formas admittunt; ut una ab altera quaſi derivari videatur; ut ምኵራብ : Pl. ምኵራባት : *Luc.*4.15,44. & መኳርብት : *Matt.*4.23. ትእምርት : *ſignum.* Pl. ትእምርታት : & ተአምር : *ſigna.* ንጉሠ : *Rex.* Pl. ነገሠት : & ነገሠታት : *Reges.* ደብር : Pl. አድባር : *montes*, & አድባራት : à ሐቅል : *campus.* Pl. አሕቃል : አሕቃላት : አሕቅልት : & አሕቁል : allegata in Lexico reperies. ሠቅ : *cilicium.* Pl. አሠቃቅ : & አሠቃቃት : Uſus ergò præcipuas hîc ſibi partes vendicat.

Tantùm de vocibus trium : aut Defectivis duarum literarum nudis; Sequuntur voces quatuor literarum; nec non Auctæ, quæ plurale fractum admittunt; quod hîc eſt formæ መጋብር : & መጋብርት :

Priorem formam ſequuntur (1.) Defectiva utrinque aucta, quæ ት : abjiciunt, & vocalem longam in literam homogeneam reſolvunt, ut;

Sing:	Plur.	Sing.	Plur.
ማኅሌት : *canticum.*	መኃልይ :	ምርዔት : *grex.*	መራዕይ :
መዓልት : *dies.*	መዋዕል :	መስኮት : *feneſtra.*	መሳክው :

Huc refer (2.) መጥባሕት : *culter, gladius.* መጣብሕ :
ትዕይንት : ተዓይን : *castra.*
አጽባዕት : *digitus.* አጻብዕ :

(3.) Vocabula quædam in ት : servile desinentia & vocali longâ prædita, ut ሌሊት : *nox*, ለያልይ : *noctes.* Sic መሌሊት : *articulus*, Pl መለያልይ : & መለያልያት : ኆኅት : *janua* ኆኃው : ኃጢአት : *peccatum*, ኃጣውእ : ገራህት : *ager*, ገራውህ :
Posteriorem formam agnoscunt. 1. Aucta ab initio መ : servili, ut :

መልአክ :	*Angelus.*	መላእክት :	መንፈስ :	*Spiritus.*	መናፍስት :
መብረቅ :	*fulmen.*	መባርቅት :	መጽሐፍ :	*liber.*	መጻሕፍት :
መምክር :	*consiliari'*	መማክርት :	መኰንን :	Pl.	መኳንንት :

Huc refer. አምላክ : *Deus*, አማልክት : አንቀጽ : *porta.* Pl. አናቅጽ :
2. Voces ት : servili carentes, quæ vocalem tertii vel septimi Ordinis possident, eam in plurali resolvunt in ወ : & የ :

ኮከብ :	*stella.*	ከዋክብት :	ውሒዝ :	*torrens.*	ውሒይዝት : *Mat.*7.23.
ሞራስ :	*cohæres.*	መዋርስት :	ወሬዛ :	*juvenis.*	ወራዙት : *pro* ወራዝ

ውት : *per Can.*5. *lib.*1.*c.*8.
Et 3. sequentia anomola ; ኀጺን : *ferrum*, ኀጻውንት : ቀሲስ : *senex*, ቀሳውስት : ብሔር : *Regio*, በሐውርት : ጋኔን : *spectrum*, አጋንንት : እግዚእ : *dominus*, አጋእዝት : vel አጋአስት : 1 Pet.2.18.

Utramque formam admittunt : ከንፈር : *labium*, ከናፍር : & ከናፍርት : ማዕጾ : *ostium*, መዓጽው : & መዓጹት : ሊቅ : *Doctor*, plurale sanum habet ሊቃን : ex quo porrò formatur ሊቃናት : & etiam fractum ሊቃውንት :
Planè anomala sunt sequentia እኅት : *soror.* Pl. አኃት : አንስት : *fœmina*, አንስትያ : ኅብስት : *panis*, ኀባውዝ : አረፍት : *murus*, አረፋት : ፍናት : *via*, ፍናው : ቅናት : *cingulum*, ቅናውት : & ቅናታት : መሰንቆ : *cithara*, triplicem formam pluralis habet, unam ab altera formatam, ut : መሰንቅው : unde fit መሰንቁት : & hinc porrò መሰንቁታት : Quædam singularia tantùm sunt, ut : ሰብእ : *homo.* እንስሳ : Psal.77.53.

CAP. VII.

De Statu sive Declinatione Nominum.

Status Nominum duplex est; Absolutus & Constructus. Absolutus nominativum nostrum repræsentat, cum scilicet vox extra constructionem absolutè consideratur : Constructus verò in constructione locum habet ; vel Nominis cum nomine ; ut cum Substantivum cum substantivo conjungi debet : vel Verbi cum Nomine ; & tunc terminatio mutatur. Sed priori casu non sequens Nomen, ut apud Latinos ; sed antecedens, ut apud Hebræos, mutationem patitur. ut ሕግ : *lex.* ሕገ : እግዚአብሔር : תורת יהוה *Lex Domini.*

Terminationes autem Nominum, uti initio huj' libri diximus, omnium ordinum esse possunt, excepto primo, ut ; አሐዱ : *unus.* ብእሲ : *vir.* ፍሥሓ : *lætitia.* ውዳሴ : *encomium.* ገብር : *servus.* ግልፎ : *sculptile.* Sed nota :

Nomina in vocalem quarti, quinti, & septimi Ordinis desinentia, in constructione nullam

nullam pati mutationem; Ideoque de iis tantùm restat dicere, quæ in vocalem secundi, tertii, & sexti Ordinis terminantur.

U *Secundi Ordinis*

In constructione mutatur in *a* primi Ordinis, ut; አሐዱ ፡ facit አሐደ ፡ & sic reliqua Cardinalia ፡ ክልኤተ ፡ ሠለስተ ፡ &c.

EXCIPE ኵሉ ፡ & ከንቱ፡quod facit ኵሎ፡*Psal*.1.4. & ከንቶ፡*Psal*.2.1.

I *Tertii Ordinis*

Mutatur in *e* quinti Ordinis, ut ፡ ገባሪ ፡ ገባሬ ፡ Sic ፈጣሬ ፡ ዓለም ፡ *Creator orbis*. ብእሴ ፡ ደም ፡ *vir sanguinis*.

EXCIPE አሐቲ ፡ *quod facit* አሐተ ፡ *Matth*. 21. 24. & ማሪ ፡ sacrificulus, hariolus, *quod resolvit vocalem in literam homogeneam* መርየ ፡ በዐል ፡ Sacerdos Baalis. 4 *Reg*.11.18.

Vocalis Sexti Ordinis

Movetur in primum, ut; ንጉሥ ፡ *Rex* ንጉሠ ፡ ሊትዮጵያ፡ *Rex Æthiopiæ*. Idem accidit Diphthongo hujus Ordinis, ut ፡ በሐኵ ፡ *aries*, በሐኰ ፡ *arietem*. ዕንቍ ፡ *gemma*, ዕንቆ፡ *gemmam*.

EXCIPE አብ ፡ pater, *quod facit* አበ ፡ *Gen*.2.24.

Præter istam Vocalium mutationem, interdum Casus tàm in Singulari quàm in Plurali mediantibus particulis ዘ ፡ & ለ ፡ exprimuntur, præsertim in nominibus Propriis, ut ፡ *N*. ዳዊት ፡ *David*. *G*. ዘዳዊት ፡ *Davidis*. *D*. ለዳዊት ፡ *Davidi*. *A*.ለዳዊት ፡ vel ዳዊትሃ ፡ *Davidem*. *V*. ኦዳዊት ፡ *ô David*.

NOTA (1.) *Genitivi nota quandoque est Relativum* እንተ ፡ *si Substantivum præcedens sit generis fœminini*; *ut* Porta እንተ ፡ እግዚአብሔር ፡ Domini. *Psal*. 117. 19. Arca እንተ፡ኖኅ ፡ Noæ. *Org. lect*. 4.

NOTA (2.) ሃ፡*Paragogicum in Accusativo solis competit nominibus Propriis*; ሰሎሞንሃ ፡ Salomonem. *Matth*. 1. *per tot. cap*.

NOTA (3.) *Vocativum peculiarem in duabus tantùm vocibus reperiri, veluti* አብ ፡ *quod facit* አበ ፡ *&* እግዚእ ፡ *quod facit* እግዚኦ ፡ domine. *Aliàs plerunque præponi solet vocandi particula* ኦ ፡ *nonnunquam etiam omittitur, ut* ፡ ገብር ፡ ኄር ፡ serve bone. *Matth*.25.21,26.

CAPUT VIII.

De Motione.

1. **A**Djectiva Masculina, formæ ብዙኅ፡ formant fœminina sua addito ት፡ Secunda radicali itidem ex secundo in sextum Ordinem translatâ, ut ብዙኅ፡ *multus*, facit in fœmin. ብዝኅት ፡ *multa*. ብፁዕ ፡ *beatus*, ብፅዕት ፡ *beata*. ቡሩክ ፡ *benedictus*, ቡርክት ፡ *benedicta*.

Defectiva tertia ወ ፡ observant Canonem 6. *lib*.1.*c*.8.ut ፡

ጸዐዳው፡*albus*. ጸዐዳት፡*alba*.*Apoc*.21.11.	ድልው፡*paratus*. ድልት ፡
ህላው ፡ *existens*. ህላት፡	እኩይ፡ *malus*. እኪት ፡

Reperitur tamen semel perfecte ድልውት ፡ & ህላውት ፡ *Org*. *l* 4.

2. Forma ሐዲስ ፡ transfert secundam radicalem ex tertio in quartum Ordinem, ut; ሐዲስ ፡ *novus*, ሐዳስ ፡ *nova*. ዐቢይ ፡ *magnus*, ዐባይ ፡ *magna*. መሪር ፡ *amarus*, መራር ፡ *amara*.

3. Cætera

3. Cætera Adjectiva, ut & Substantiva mobilia simpliciter adsumunt ት : ut ;

ካልእ : *alter.* ካልእት :	ራብዕ : *quartus.* ራብዕት :
ብቍዕ : *utilis.* ብቍዕት :	ነዳይ : *pauper.* ነዳይት :
ሣልስ : *tertius.* ሣልስት :	ሠናይ : *bonus.* ሠናይት :
ሰማያዊ : *cœlestis* ሰማያዊት :	የዋህ : *mitis, mansuetus.* የዋህት :
	መንፈሳዊ : *spiritualis.* መንፈሳዊት :

Substantiva

ut ; ብእሲ : *vir.* ብእሲት :	ወላዲ : *genitor.* ወላዲት :
ኀዳሪ : *inquilinus.* ኀዳሪት : Exod.3.22.	ኃጥእ : *peccator.* ኃጥእት :
ነቢይ : *propheta.* ነቢይት :	እግዚእ : *dominus.* እግዚእት : aut communius እግዝእት : *domina.*
ወልድ : *filius.* ወለት : per crasin, pro ወለድት : *filia.*	መጥዐይ : *sanator.* መጥዒት : *sanatrix*, *per Canon.6. lib.1.c.8.*

Irregularia sunt:	አሐዱ : *unus.*	አሐቲ : *una.*
	ክልኤቱ : *duo.*	ክልኤቲ : *duæ. Matt.24.21.*
	ኵሉ : *omnis.*	ኵላ : *Psal.65.3.*
	አንበሳ : *Leo.*	አንበሳዊት : *Leæna. Org.lect.2.*
	መርዓዊ : *sponsus.*	መርዓት : *sponsa Org.*
	አድግ : *asinus.*	እድግት : *asina.Matt.21.2.5.7.*

NOTA : Adjectivum fœmin. tàm in singulari quàm plurali, substantivè sæpè usurpatur pro neutro. ut; *malum* እኪት : sive *res mala.* Psal.39.16. & 89. 17. Sic ሠናያት : *bona,* i.e. *res bona,* sive *bona.*

De Nominum Comparatione.

Quia hîc non vocis mutatione, sed aliarum vocum accessione, & constructione cum verbo fit, in Syntaxi commodiùs agemus.

CAP. IX.

De Figura Nominum.

Figurâ Nomen est Simplex vel Compositum ; sed apud Æthiopes, si unum aut alterum compositum excipias, omnia nomina sunt simplicia ; veluti እግዚአብሔር : quod componere licet ex እግዚእ : & ብሔር : *Dominus orbis* ; quamvis non refragabimur, si quis ex እግዚእ : አብ : ኄር : *Dominus pater benignus* componere velit, quamvis nunquam per ኃ ; sed semper per ሐ : scribatur.

2. Vox እምሒያው : *Mater viventium* ; ex frequenti usu coaluisse videtur ; hinc እጓለ : እምሒያው : q. d. *filii matris viventium*, id est, *homines*, sicuti Hebraicè בני־אדם *filii Adam*, homines dicuntur. vide Lexicon sub radice ሐየወ :

3. አብተንባሕ : *Casuarius* ex አብ : *pater*, & ተንባሕ : cujus significatio latet, nisi ex Arabico petere velis [illegible] *magni corporis atque procerus.* Aliàs hæc nostra lingua compositiones aspernatur, quin & composita peregrina sæpè malè

malè dissociantur; ut: ኤጲስ: ቆጶስ: *Episcopus.* ቤተ: ልሔም: *Bethlehem.* Sed composita aliarum linguarum variè circumscribunt; ut; *Decachordon* ዐሠርቱ: አውታሪሁ: *Psal.*91.3. χρυσόστομος, *Chrysostomus*, አፈ: ወርቅ: *Os aureum.* ῥομφαία δίστομος *gladius anceps*, ሰይፍ: ዘክልኤ: አፈሁ: *Psal.* 149.6.

GRAMMATICÆ ÆTHIOPICÆ

LIBER QUARTUS,

De Pronominibus.

NOmini succedunt Pronomina, eaque vel Absoluta vel Conjunctiva; quæ vulgò affixa vocantur. Absoluta sunt Personalia, Demonstrativa, Possessiva, Relativa & Interrogativa, quibus accidunt *Species*, *Genus*, *Numerus*, & *Casus*.

Species est simplex vel composita. Simplicia sunt አነ: አንተ: ውእቱ: Composita, quæ hîc frequentiora: ዚአየ: እንቲአየ: ሙኑ: ምንትኑ:

Genus est Masculinum, Fœmininum, & Commune. *Numerus* Singularis aut Pluralis. *Casus* Pronomina Personalia aliquos peculiares habent, ut ex inflexione ipsâ patebit. Cæteroquin in casu constructo sequuntur rationem vocis አሐዱ: & አሐቲ: Sic ውእቱ: in statu constructo facit ውእተ: ይእቲ: verò ይእተ: & ita reliqua.

CAPUT PRIMUM.

De Pronominibus Personalibus absolutis.

PRonomina Personalia absoluta sunt: *com.* አነ: *Ego. masc.* አንተ: *fœm.* አንቲ: *Tu.* ውእቱ: *Ille.* ይእቲ: *Illa.*

Singularis.

	I. *Pers.* *Com.*	II. *Pers.* *Masc.*	II. *Pers.* *Fœm.*	III. *Pers.* *Masc.*	III. *Pers.* *Fœm.*
N.	አነ: *ego.*	አንተ: *tu.*	አንቲ: *tu.*	ውእቱ: *ille.*	ይእቲ: *illa.*
D.& Ac.	ሊተ: *mihi, me.*	ለከ:	ለኪ: *tibi, te.*	ሎቱ:	ላቲ: *illi.*
				ወእተ: *Joh.*13.30.	ይእተ: *illã.*

Plu-

Pluralis.

	I. Perʃ.	II. Perʃ.		III. Perʃ.	
	Com.	Maʃc.	Fœm.	Maʃc.	Fœm.
N.	ንሕነ : nos.	አንትሙ :	አንትን :	እሙንቱ : & ውእቶሙ :	እማንቱ : & ውእቶን :
D.& Ac.	ለነ : nobis.	ለክሙ :	ለክን :	ሎሙ :	ሎን :

NOTA. (1.) Genitivo peculiari deʃtituuntur, igitur ʃi opus fuerit, eum mutuantur ex Poʃſeſſivis ዚአየ : *mei.* ዚአከ : *vel* ዚአኪ : *tui*, &c.

(2.) Pronomina iʃta perʃonalia vim verbi ʃubʃtantivi *Sum, es, eʃt*, &c. habent; reliquarum Linguarum Orientalium more.

(3.) Loco perʃonalium in uʃu quoque ʃunt particulæ quædam ʃerviles, perʃonam cum emphaʃi quadam demonʃtrantes. ut ለሊየ : *Ego ipʃe, Idem.* ለሊከ : *Tu ipʃe.* ለሊኪ : fœm. ለሊሁ : *Ille ipʃe, Idem ille.* ለሊሃ : *Illa ipʃa.* Pſal.49. 13. & Accuʃativus ኪያየ : *me.* ኪያከ : ኪያኪ : *te.* ኪያሁ : *illum*, ኪያሃ : *illam.* Plur. ኪያነ : *nos.* ኪያክሙ : ኪያክን : *vos.* ኪያሆሙ : ኪያሆን : *illas.*

C A P. II.

De Demonʃtrativis.

DEmonʃtrativa propinqui ʃunt; ዝ : *hic*, ዝንቱ : *iʃte.* Remoti verò ዝኩ : vel ዝክቱ : quæ tamen in oppoʃitione nonnunquam propinquum denotant, & ውእቱ : remotum : ወኀጕለ : ውእተኒ : ወኢረከበ : ዝክቱኒ : *& amiʃit illud, & non reperit hoc. Org. lect.2.*

Declinantur autem mediantibus particulis ዘ : & ለ : ut :

Singul.

Maʃc.		Fœm.
ዝ : *hic.*	ዝንቱ : *iʃte.*	ዛቲ : *illa.*
ዘዝ : *hujus.*	ዘዝንቱ : *iʃtius*	ዘዛቲ : &c.
ለዝ : *huic & hunc*	ለዝንቱ : *iʃti &*	
	ዘንተ : *iʃtum.*	

Plural.

እሉ : & እሉንቱ : *Luc.3.8. hi iʃti.* እላ : *Pſal.89.11.* & እላንቱ : *Act. 9.37. hæ, iʃtæ.* In ʃtatu conʃtructo እሎንተ : *Matt.10.5.*

C A P. III.

De Poʃſeʃſivis.

POſſeſſiva fiunt ex particulis nonnullis ʃervilibus & affixis perʃonalibus, ut :

Singul.

Maʃc.	Comm.	Fœm.
ዚአከ : *tuus.*	ዚአየ : *meus, mea.*	ዚአኪ : *tua.*
ዚአሁ : *ʃuus, ejus, illius.*		ዚአሃ : *ʃua.*

Plural.

Plural.

Masc. *Com.* *Fœm.*

ዚአክሙ : *vester.* ዚአነ : *noster, nostra.* ዚአክን : *vestra.*

ዚአሆሙ : *eorum.* ዚአሆን : *earum.* Sic

Singul.

Masc. *Com.* *Fœm.*

እንቲአከ : *tuus.* እንቲአየ : *meus, mea.* እንቲአኪ : *tua.*

እንቲአሁ : *suus, ejus, illius.* እንቲአሃ : *sua.*

Plural.

እሊአከ : *tui. Luc.*5.33. እሊአየ : *mei, meæ. Joh.*10.27. እሊአኪ : *tuæ.*

እሊአሁ : *sui. Marc.*4.10. እሊአሃ : *suæ, eorum, earum.*

ut : ወእንቲአሁሰ : illius quidem *(gaudium augetur,)* ወእንቲአየሰ : meum verò *(consummatum est.) Joh.*3.30.

CAP. IV.

De Relativis & Interrogativis.

1. RElativa sunt:

Singul. Plural.

Masc. *Fœm.*

ዘ : *Qui, Is qui,* & neutral. እንተ : *quæ.* | እለ : *qui, quæ.*

ለዘ : *Ei qui. (Id quod.* ለእንተ : *Illi quæ.O.l.2.* | ለእለ : *illis, qui.*

ut ዘኢያአምሩ : *id quod nesciunt, faciunt. Org.*

2. Interrogativa.

Commun.

መኑ : *quis.* ዘመኑ : *cujus.* | ምንት : *quid?* in statu constructo ምንተ : ምንትኑ : *quisnam? Psal.*8.5 ኢምንት : *nihil.*

ለመኑ : *cui.* መነ : *quem.* | ኢምንትኒ : & ኢምንትሂ : *nihil quicquam.*

Hinc composita

መኑሂ : *aliquis, quisquam, quispiam.* ኢመኑሂ : *nemo.* ኢመነሂ : *neminem.*

CAP. V.

De Pronominibus Conjunctis sive Affixis, & affigendi ratione.

PRonomina affixa, tàm Personalia sunt quàm Possessiva.

Singul.

Masc. *Comm.* *Fœm.*

ኒ : *me.* የ : *meus.* ከ : *te, tuus, tua.* ኪ : *tua.*

ሁ : ሆ : *ejus, suus, eum,* } *se.*
ሃ : *sua, illam,*

Plural.

ነ : *nos, noster.* ክሙ : *vos, vester, vestra.* ክን : *vestra.*

ሆሙ : *eorum, sui.* ሆን : *earum, suæ.*

De quibus nota : Si personaliter accipiantur, Accusativum repræsentare: nisi cum particula ከመ : conjungantur, quo casu etiam Nominativum denotare possunt : ut ከማየ : *sicut ego :* ከማከ : *sicut tu. Psal.* 44.19.

Affiguntur autem secundùm regulas sequentes :.

I. Regulæ generales.

I. Vocales quarti, quinti & septimi ordinis, propter affixa non mutantur. ut ; ጻማሆሙ : *labor illorum.* አበሳየ : *delictum meum.* ምንዳቤየ : *tribulatio mea. Psal.* 31.9. ትንሣኤሁ : *resurrectio ejus. Org.*

II. Affixa tertiæ personæ, post literam primi vel sexti ordinis, ሀ abjiciunt, vocali suâ in præcedentem translatâ. ut : ሳረረ : *fundavit.* ሳረራ: *fundavit eam.* ሥምረት : ሥምረቱ : *voluntas ejus. Psal.* 1.2. ሙቅሠፋቶሙ : *Psal.* 31.13. ይዔግቦሙ : *circumdabit eos. ibid.* ክሳዶን : *collum earum. Org.* ማእከላ : *medium ejus*.. Unam vel alteram exceptionem, quoad literas primi ordinis, habebis infra de affixis Præteritorum.

NOTA : ሆ : *vel o amisso* ሀ : *per Pronomen suus sæpè reddendum est, non per* ejus. *ut: Sanctificavit* ማኅደሮ : habitationem suam. *Psal.* 45.4. *& venit in* ቤቶ: domum suam. 2 *Sam.* 12.20.

III Idem fit si secundùm Canonem *9.l.1.c* 8. vocalis secundi vel tertii ordinis in ወ : aut የ : resolvatur, atque affixum suscipiat : ut ገበርክዎ : *feci eum,* ገበርክዋ : *feci eam.*

II. Regulæ Speciales Affixorum in Verbis.

I. Affixum ኒ: *me,* literam sexti ordinis transfert in primum, ut : ቀብአት : *unxit f.* ቀብአትኒ : *unxit me, Marc.* 14.8. ትግድፋ: *abjicias,* ኢትግድፈኒ: *ne abjicias me. Psal.*7.1. & 27.3. ስምዐኒ : *audi me. Psal.*4.2.

II. Idem facit Affixum ከ : excepto Optativo, ut የዐቅብ : *custodit,* የዐቅበከ: *custodit te. Psal.*120.3. & paulò post *v.* 5.7,8. ut ይዕቀብከ : *custodiat te.* ይክድንከ : *obtegat te.* አሁብከ : *dem tibi. Luc.*11.7. ኢይትዐፀብከ : *ne durum videatur tibi. Deut.*15.18. ገቢር : *facere.* ዘንተ : ገቢረከ : *hæc faciendo te,* seu *dum ista facis. Psal.*49.21. ተመይጠከ : *cum conversus fueris. Luc.*22.33.

EXCIPE tamen Infinitivum naminascentem in ôt, *ubi nihil mutatur. ut* አፍቅሮትከ : charitas tua. *Org.l.*2. ለወድሶትከ : ad laudandum te. *ibid.*

III. Subjunctivi & Imperativi non ultima tantùm; sed & media radicalis propter affixa mutatur, & aliam planè formam induit, ut ይዕረግ : *ascendat, Psal.* 73.24. ይዕርጋዋ : *conscendere eam. Psal.*2. *tit.* ከመ: ይንጻእ : *ut depelleret. Psal.* 105.27. ከመ: ይንጽሖሙ : *ibid. v.*26. ይምጻእ : *veniat,* ይምጽአኒ: *veniat mihi. Psal.*118.77. Sic ስማዕ : *audi. Psal.*118.149. ስምዐኒ : *audi me. Psal.*4.2. Sic ግፍዖሙ : ፅብአሙ : *Psal.*34.1. quæ absoluta sunt ግፋዕ : & ፅባእ : Quin & defectiva primâ ወ : literam abjectam recipiunt: ትፈቅዱ : ሐሊበ : ይግበሩክሙ : *requiritis,* sive *opus habetis* (ut) *lac vobis præbeant:* pro ይገብሩክሙ : *Ebr.*5.12.

NOTA: መሀረ : docuit, *quia in Futuro & sequentibus temporibus abundat, sicuti lib.* 2. *c.* 8. *docuimus, ideò variè cum affixis formatur, ut ex exemplis d. l. allegatis patet.*

IV. Personæ verborum, in *u* vel *i* desinentes, suscipiendis affixis vocales suas resolvunt *u* in ወ : & *i* in የ : *secundum Canon* 9. *lib.*1. *c.*8.

V. Affixa tertiæ personæ in secunda singularis præteriti & prima pluralis ante

ſe poſcunt vocalem ordinis quarti, ut ሰመይከ ፡ *vocaſti*, ሰመይካሁ ፡ *vocaſti eum. Org.* ሞእነ ፡ *vicimus*, ሞእናሁ ፡ *vicimus eum. Pſal.* 12.4. ርኢነ ፡ *vidimus*, ርኢናሁ ፡ *vidimus eam. Pſal.* 89.17.

VI. Litera tertii ordinis in perſonis fœmininis verborum, transfertur in ſextum, ut ፡ ከመ ፡ ትሠቅኒ ፡ *ut fulcias me*, pro ትሠቂኒ ፡ *Org.* & ከመ ፡ ትንጽሕኒ ፡ *ut deſtruas me*, pro ትንጽሒ ፡ Sic ረስዪ ፡ ረስይኒ ፡ *fac me.* ባልሒ ፡ ባልሕኒ ፡ *libera me. Org.*

VII. Imperſonale ቦ ፡ ejuſque compoſitum አልቦ ፡ affixa tertiæ perſonæ ſuſcipit eo modo, ut ſupra *de Verbis lib.* 2. *c.* 20. *n.* 4. docuimus. At ſi accedant affixa primæ & ſecundæ perſonæ, ቦ ፡ tranſit in ſextum ordinem; ut አልብየ ፡ *Non eſt mihi.*

III. In Nominibus.

1. Affixa primæ & ſecundæ perſonæ ſine ulla mutatione vocibus in ſingulari annectuntur, ut; እግዚአብሔር... አምላክከ ፡ *Deus tuus. Pſal.* 44.9. መስከይየ ፡ *refugium meum.* ርስዒ ፡ ሕዝበኪ ፡ *obliviſcere populi tui. Pſal.* 44.12.

2. Nomina pluralia, in ſtatu abſoluto admittunt affixa auxilio vocalis ordinis tertii, ut አልባሲከ ፡ *veſtes tuæ. Pſal.* 44.10. ማያቲሆሙ ፡ *aquæ eorum. Pſal.* 45.3.

NOTA (1.) *Hanc affigendi rationem ſequuntur nomina quædam ſingularia, quæ formam pluralis habent; veluti* መቃብር ፡ ſepulchrum, መቃብሪሆሙ ፡ ſepulchrum eorum. *Pſal.* 48.11. ጥበብ ፡ ſapientia, ጥበቢሁ ፡ ſapientia ejus. *Pſal.* 146. 5. ክበደሃ ፡ *Pſal.* 43.12. ልህቃናቲሃ ፡ *Luc.* 1.36.

(2.) *Forma* ማኅደር ፡ *ut* ማኅደሪሆሙ ፡ habitatio eorum. *Pſal* 48.11. ማኅደሪሃ ፡ *Pſal.* 47.11. *Excipe affixum* ሁ ፡ *ut* ማኅደር ፡ tabernaculum ſuum. *Pſal.* 45.4.

(3.) *Forma* ግብረት ፡ *ſi tertia radicalis ſit gutturalis, ut* ስብሐት ፡ laus, ስብሐቲሁ ፡ *Pſal.*47.9. & 72.28. ብፅዐቲሆሙ ፡ vota ſua. *Lit. MSS.*

EXCIPE contra affixum የ ፡ *quod in plurali nihil mutat, reſpuit enim ante ſe vocalem homogeneam, ſecundum Can.* 8. *lib.* 1. *c.* 8. *ut;* እእዛንየ ፡ *Org.* አዕጽምትየ ፡ oſſa mea. እዘንየ ፡ aures meæ, *Pſal.* 48. 4. ክናፍርየ ፡ *Org. & quamvis* አምላኪየ ፡ *frequentiſſimè reperiatur* Pſal. 70. *& alibi paſſim, id tamen magis negligentiâ librariorum, quàm jure fieri cenſemus, & rectius eſſe* አምላክየ ፡ *prout legitur Pſal.* 7.1. *& alibi.*

3. Sequentes voces አብ ፡ *pater*, እኅው ፡ *frater*, አፍ ፡ *os*, ሐም ፡ *ſocer*, ut in Arabica, ita in hac lingua affixa per *u* ſuſcipiunt. ut አቡነ ፡ *pater noſter.* አቡሁ ፡ *pater ejus.* አፉሆሙ ፡ *os eorum, Pſal.* 5.10. እኁከ ፡ *frater tuus.*

NOTA እኁ ፡ *ſi in accuſativo cum affixo conſtituendum ſit, vocalis ſecundi ordinis, ab affixo ſecundum regulam præcedentem requiſita, tranſit in literam homogeneam* ወ ፡ *quæ conſtituitur in quinto ordine, ad exprimendum accuſativum, hoc modo;* እኅዋሁ ፡ *Pſal.* 48.7.

IV. In Adverbiis.

ከመ ፡ *Sicut* ፡ affixa recipit per *a* quarti ordinis, ut ፡ ከማየ ፡ *ſicut ego*, ከማከ ፡ *ſicut tu, Pſal.* 44.9. ከማክሙ ፡ *ſicut vos.* ከማሁ ፡ *ita quoque.*

V. In Præpoſitionibus.

Præpoſitiones ſeparabiles ſuſcipiunt affixa per *e* quinti ordinis, ut ፡ ምስለ ፡ *cum*, ምስሌከ ፡ *tecum.* ምስሌሆሙ ፡ *cum illis. Pſal.* 2.2. ላዕሌየ ፡ *contra me.*

 Pſal.

Psal. 31. እምኔነ ፡ *à nobis. ibid. v.* 3. At ውስተ ፡ *in,* præter *e* accipit quoque ቱ ፡ idque affixa secundum regulam generalem suscipit. ut; ውስቴቱ ፡ *in eo.* ውስቴታ ፡ *in ea.* ውስቴቶሙ ፡ ውስቴቶን ፡ *in eis.* እምውስቴትክሙ ፡ *ex vobis. Luc.* 11.11.

በይነ ፡ ob affixum mutatur & fit በበይናት ፡ ex quo fit በቤናት ፡ susceptis affixis nominum pluralium more, ut; በቤናቲሃ ፡ በበይናቲሆሙ ፡ *intra se* vel *secum. Matt.* 9.3. & 12.25.

በ ፡ *in* Præpositio inseparabilis cum solis affixis concurrens, in sextum ordinem transit, ut; ብየ ፡ *in me.* ብከ ፡ *in te. Psal.* 5.13.

በእንተ ፡ assumit tertii ordinis vocalem sequente ለ ፡ ut ፡ በእንቲአየ ፡ *propter me,* በእንቲአከ ፡ *propter te,* በእንቲአሁ ፡ *propter eum.*

GRAMMATICÆ ÆTHIOPICÆ

LIBER QUINTUS,

De Particulis, nempe Adverbiis, Præpositionibus, Conjunctionibus, & Interjectionibus.

CAPUT PRIMUM.

De Adverbiis.

QUæ vel Separabilia sunt; ut ይእዜ ፡ *nunc* &c. vel Inseparabilia; ut ኢ ፡ *non.* ለ ፡ *optandi* vel *imprecandi nota,* እም ፡ *utique,* quæ suo loco trademus. Ubi considerabimus 1. *speciem* 2. *significationes,* & 3. *figuram.*

1. Quoad *Speciem,* sunt vel Primitiva ሕቀ ፡ *parùm,* ጥቀ ፡ *valdè*; vel Derivativa, quæ aliundè derivantur: ኅቡረ ፡ *pariter.* ፈድፋደ ፡ *valdè.* Dantur autem Particulæ quæ ob diversam significationem sub diversas orationis partes referendæ fuerunt, ut ላዕለ ፡ *sursum* & *supra.*

NOTA: Derivata à Nominibus forma ገቡር ፡ *desinunt in vocalem ordinis primi, ut* ፍጹም ፡ perfectus, ፍጹመ ፡ perfectè. ኅቡር ፡ unitus, conjunctus. ኅቡረ ፡ pariter. *Sic* ፍጡነ ፡ citò, ሞቱረ ፡ certò.

2. *Significationes* Adverbiorum ordine Alphabetico disposuimus, quò faciliùs reperiantur, nec ea tantùm quæ verè Adverbia sunt, sed & quæ Adverbiis Latinis respondent congessimus, sunt itaque Adverbia

Affirmandi

Affirmandi & annuendi.

አማን : } *certò, verè, reverâ.*
ህልወ : }
ለምንት : ኢኮ : *quidni ?*
እወ : *maximè.*
ጥቀ : *utique ſanè.*
ኦሆ : aſſentientis particula eſt, & annuentis alicujus juſſui. Hinc ኦሆ : ብሂል : hoc eſt ኦሆ : *dicere*, pro *obtemperare, obedire.*

Congregandi.

ኅቡረ : *pariter, ſimul.*
ኢሐተ : *unà.*

Demonſtrandi.

ናሁ : & } *ecce.*
ነዋ : }

Dubitandi.

እንደዒ : } *fortaſſis.*
እስመ : ዮጊ : }

Excluſionis.

ዘእንበለ : *præterquam, niſi; quàm ut.*
ባሕቲቱ : *tantummodo.*

Interrogandi.

አይቴ : *ubi ?*
አይቴኑ : *quonam ? Pſal.* 138. 6.
እምአይቴ : *unde ?*
በአይቴ : *quo in loco ?*
እስከ : አይቴ : *quò uſque ?*
ኀበ : አይቴ : *quò versùs ?*
እስከ : ማእዜኑ : *Pſal.* 5. 3. *quam diu, quouſque ?*
እፎ : *quomodo ?* ዘከመ : እፎ : ውእቱ : interrogatio admirantis. *Matt.* 8. 27.
በእንተ : ምንት : *quamobrem ?*
ማእዜ : *quando ?*
ሚመጠን : *quot ?*
Et affixum ሁ : & ኑ : *ne ? anne ?* Matt. 22. 17. *Marc.* 10. 2.
ለምንት : *quare ?*

Intendendi.

ፈድፋደ : } *Admodum, valdè.*
ጥቀ : }
ዳእሙ : & ዘእንበለ : ዳእሙ : *quin potius.*
እፎ : *quàm*, ut; እፎ : ይጥዕም : *quàm bene ſapit.* እፎ : ይሠኒ : *quàm pulchrum eſt. Org.*
እንከ : *amplius, ulterius.*
በሕቁ : *crebrò, ſæpe.*
ዓዲ : ሕዳጥ : *adhuc parum. Pſal.* 36. 10.
እሙ : *utique* inſepar.
እምሊ : *utique non.*

Loci.

Et quidem (1.) *in loco & ad locum*, ad quæſtionem *ubi ?* & *quò.*

ውስጠ : *intus, in medio.*
አፍአ : *foris, foràs.*
ዝየ : *hîc, hûc.*
ህየ : *ibi, illic, & eò, illuc.*
በህየ : *illo in loco.*
ኀበ : *ubi*, ſive *in quo loco*, ut ኀበ : ሰከበ : *ubi cubuit. Org.*
ኀበ : ካልእ : *aliorsùm.*
ኀበዝ : *hûc.*
ኀበ : ኵሉ : *ubique.*
በኵለሄ : *ubivis, ubique.*
አደ : *ubicunque.*
ላዕለ : *ſuperius, ſupra, ſursùm.*
ታሕተ : *inferius, infrà.*
ፀግመ : *ſiniſtrorſum.*
ይምነ : *dextrorſum.*

(2.) De loco.

እምህየ : *inde, illinc.* ወእምኔሁ : *exinde.* እምርሑቅ : *è longinquo, procul.*
እምኀበ : *unde, ex quo loco.* ut; ሊናእምር : እምኀበ : ኮነ : *Luc.* 20. 7.

Negandi.

ኢኮ : *non.*
ወእመ : ኢኮ : *ſin minùs.*
እንብየ : Renuentis eſt particula, oppoſita τῷ ኦሆ : hinc እንብየ : ብሂል : eſt *renuere,*

renuere, recusare.

ኢፍጹመ : *nullatenus, nullo modo.*

ኢለዓለም : *in æternum non.*

ኢ : *non*, præfixum est inseperabile.

Numeri.

ምዕረ : *semel.*
ክልኤተ : ጊዜ : *bis.*
ክዕበተ :
ምክዕቢተ : } *duplo magis.*

ሠለስተ : ጊዜ : *ter.*
አርባዕተ : ጊዜ : *& ita porrò.*
ዳግመ : *secundò, iterum.*
ካዕበ : *vicissim, præterea, adhuc.*

Optandi.

ለ: præmittitur Optativo, ut ለይኩን ለይኩን: *fiat, fiat*, Gallicè, *Ainsi soit il.*

Ordinis.

ዐዲ : *porrò, præterea.*
ቅድመ : *primùm.*
እምዝ : *deindè, post hæc.*

መቅድመ : *imprimis, primo loco. Matth.* 6. 33.
መቅድመ : ፈድፋደ : *præcipuè verò.*

Prohibendi.

ዑቅ : *cave.*
ኢ : *ne.*

ሐስ : *absit*, requirit Pronomina absoluta, ut ; ሐሰ : ሊተ :: ሐሰ : ለከ : *absit à me*, vel *à te.*

Qualitatis.

በኅቡእ :
ጽምሚት :
ጽሚት : } *clam, occultè. Ruth* 3. 7.
በጽርእ : *Græcè.*
በግዕዝ : *Æthiopicè*, & ita porrò.
መንጸረ : *ex adverso, è regione.*
ሠናየ : *benè, pulchrè.*

በዕብራይስጢ : *Ebraicè.*
በአንኆ : *prolixè.*
ግብተ : *subitò. Psal.* 72. 19.
ጥዩቀ : *certò.* Et ita à reliquis nominibus qualitatis Adverbia formare & derivare poteris.

Quantitatis.

በአምጣነ : *in quantum*, sive *pro ratione.*
ብዙኃ : *multùm, crebrò.*

ሕዳጠ : *parùm, modicum.*

Remittendi.

ሕቀ : *parùm.*
በበ : ሕቅ : *sensim, paulatim.*

ሕቀ : ክመ : ዘእመ : *ferè.*

Similitudinis.

ከመ : *ut, sicut, tanquam.*
ከመዝ : *ita, sic, hoc modo.*
በከመ : *quemadmodum, sicut* : cui respondet
ከማሁ : *ita quoque*, ut : በከመ : በሰማይ : ከማሁ : በምድርኒ : *sicut in cælo, ita & in terra.*

ዘከመ :
ዘከመ : እፎ : } *quo pacto, quâ ratione. Psal.* 9. 13.
መጠነ : *instar.* Matth. 17. 20.
ህየንተ : *vice, loco.*
ዕረየ : *pariter, æqualiter.*
ዝውእቱ : *nempe, nimirum.*
ከማሁ : ከመ : *perinde, similiter.*

De Particula ከመ : nota, quod nunquam sola reperiatur ; sed cum aliis particulis conjuncta, identidatis vim habeat, ita ut modo Pronominis, & Verbi Substantivi, modo Adverbii significationem habeat, pro ut in Lexico plurib' docetur.

Temporis Præsentis.

ይእዜ : *nunc, jam.*
ዮም : *hodie.*

ዓዲ : *adhuc.*
እስከ : ይእዜ : *Huc usque, ad hunc diem.*

Præteriti

Præteriti.

ትማልም : *heri.*
በትካት : } *olim, antiquitus.*
እምትካት :
እምቅድመዝ : *ante hac.*
ውእተ:ጊዜ: } *tunc temporis.* Pſ.18.14.
አሜሃ :

Futuri.

ጌሠም : *Cras.* እምይእዜ : *Ex nunc*, i. e. *inpoſterum.*

Indefiniti.

በጽባሕ : } *manè.*
ነግሀ :
ሰርክ : *veſperi.*
ሳኒታ : *poſtridiè.*
በአምጣነ : *quoad*, עד, *quamdiu, donec.* Pſal. 145. 1.
መዐልተ : *interdiu.*
ሌሊተ : *noctu.*
ድኅረ : *poſtea.*
ቅድመ : *antea.*
ወትረ : vel በኵሉ : } *ſemper.*
ጊዜ : item ለለ :
ጊዜ : & ዘልፈ :
ኢ : ለግሙራ : *nunquam* (ſic fiet.)

ኢልቦ : አመ : ኢ : *non eſt* (ſc. tempus,) *quo non* (ſc. faciam hoc vel illud :) id eſt, *nunquam non.*

አመ : præponitur nominibus & numeris tempus denotantibus, ut ; አመ : ዕለተ : እጼውአከ : *in die quo invocavero te.* Pſal. 101. 3. Sic አመ : አሚሩ : ለሐምሌ : *die primo Julii.*

አመሂ : *Cùm, quo tempore.*
አሜሃ : *tunc temporis.*
እምአሜሃ : *ex illo tempore.*
እስከ : አመ : } *donec.*
እስከ : ሶበ :
እምዝ : *deinde.*
እምከመ : } *poſtquam, cùm.*
እምአመ : ሶበ :
ፍጡነ : *citò.*
ውእተ:ጊዜ: *illo ipſo tempore.* Mat.13.5.
እንተ:ጊዜ: Pſ.123.2. } *Cùm, poſtquam,*
ዘአመ : } ſive *quo tempore.*
እስከ : ማእዜኑ : *quamdiu.* Pſal.41.3.
እንዘ : *cùm, dum.*
ሶቤሃ : *confeſtim, illicò.*
በማእከለ : ጊዜ : *interea temporis, medio tempore.*
ለግሙራ : } *in perpetuum.*
ለዝላፉ :
ለዝሉፉ :
እምቅድመ : } *antequam, priuſquam.*
ዘእንበለ : Pſ.35. 47. Luc.2.1.

3. Quod *Figuram* ſpectat, compoſita facile intelliguntur, ut ; እምዝ : ex እም : & ዝ : q. d. *ex hoc*, i. e. *deinde*, quare his lectorem non morabimur.

CAP. II.

De Præpoſitionibus.

Quæ vel Separabiles ſunt, vel Inſeparabiles : Simplices vel Compoſitæ.

Separabiles ſunt, quæ abſolutè conſiſtere poſſunt, ut ; ላዕለ:ማእከለ: &c.

Inſeparabiles verò ለ : *ad*, በ : *in*, & እም : *a, ab, de, ex*, quæ aliis vocibus præfiguntur.

Simplices ſunt ህየንተ : መንገለ : & his ſimiles.

Compoſitæ verò, quæ vel aliunde, ut ; በእንተ : ዘእንበለ : vel cum modo dictis Præpoſitionibus በ : & እም : componuntur, & quidem, ſi *De loco* agatur, determinatio fit per adjectionem Præpoſitionis Loci, ut ; በላዕለ : *in re*, ita tamen,

men, ut supra rem sit. Sic በቅድመ ፡ በኀበ ፡ በታሕተ ፡ quæ Latinè simpliciter efferuntur per *coram, apud, sub.* Sic vice versâ, si de remotione, vel immutatione prioris status aut loci agatur, illius ratio habetur in compositione Præpositionum, quod apud Gallos est frequentissimum, veluti እመልዕለ፡ Gallis *de dessus.* እመቅድመ ፡ Gall. *de devant.* እመኀበ ፡ Gall. *dauprès.* እመውስተ ፡ Gall. *de dedans:* quæ Latinè simpliciter per *a, ab, de* vel *ex* redduntur; prior verò status ex ipso sensu cognoscitur.

ህየንተ ፡ *ἀντὶ, loco, vice* : & *ὑπὲρ Pro*
ላዕለ ፡ *super, contra, adversus.*
መልዕልተ ፡ *super, supra. Luc. 6.* 49.
ምስለ ፡ *cum* & *inter*, ut scribatur nomen meum ምስለ ፡ ጻድቃን ፡ *inter justos.*
መንገለ ፡ *versùs.*
ማእከለ ፡ *inter, in medio aliquorum.*
ቅድመ ፡ / በቅድመ ፡ } *antè, coràm.*
በከመ ፡ *secundum, juxta.*
በበይነ ፡ *propter.*
እምድኅረ ፡ *pòst.*
እንተ ፡ *per.*
እንጻረ ፡ *è regione.*
ውስተ ፡ *in*, tàm *in* quàm *ad* locum.
በውስተ ፡ *in* loco.
እንበይነ ፡ *ob, propter*, pro እምበይነ ፡ sic dici videtur.

በቤናት ፡ *inter.*
በእንተ ፡ (1) *propter.* (2) *de*, cum de re aliqua agitur, ut *Psal.* 7. *tit.* (3) *pro*, ut; ለጸልዮ ፡ በእንቲአየ ፡ *ad adorandum me. Org.*
ታሕተ ፡ *sub.*
ኀበ ፡ / በኀበ ፡ } *apud, ad.*
እመታሕተ ፡ *vice, loco.*
እስከ ፡ *usque ad*, & እስከነ ፡ *Psal.* 49. 2. & 112. 3. modò distinguas à sequenti voce ዐረብ ፡
እምነ ፡ *ab, ex.*
ዘእንበለ ፡ *sine, absque, præter.*
ዲበ ፡ *super.*
በዲበ ፡ *idem.*
ዲቤ ፡ ባሕር ፡፡ ዲቤ ፡ ማይ ፡ *Matth.* 14. 26, 28. fortè mendum.
ድኅረ ፡ *pòst.*

CAP. III.

De Conjunctionibus.

Conjunctiones Separabiles sunt, vel Inseparabiles. Separabiles sunt እመ ፡ *Si.* አላ ፡ *sed.* Inseparabiles verò ሁ ፡ ሂ ፡ መ ፡ ሰ ፡ ኒ ፡ ወ ፡ ዘ ፡ ኬ ፡ ex quibus ወ ፡ & ዘ ፡ præponuntur, reliquæ verò postponuntur.
Significationem sub titulis sequentibus docebimus.

Adversativæ.

ባሕቱ ፡ *veruntamen, verùm enimverò. ast.*
ዘእንበለ ፡ / አላ ፡ } *sed, verùm.*
ጥቀ ፡ *tamen, attamen, nihilominus, utique.* ጥቀ ፡ sequente ኢ ፡ *ne quidem* reddendum est.
ለእመ ፡ / ወእመሂ ፡ } *quamvis, etsi, licet.*
ሰ / መ } *autem.* Nota: ሰ mutat ነ in ን si concurrat cum አነ ፡ ut አንሰ ፡ *ego autem.*

Conclusivæ.

እንከሰ ፡ / ኬ ፡ affixum } *ergo, igitur, itaque.*
እንከ ፡ *ideo, eam ob causam.*
በእንተዝ ፡ *propterea, ideo, eam ob rem.*
እንጋ ፡ *igitur* præcedente vel sequente ኑ ፡ ferè obtinet, *an igitur? num ergo?*

Conditionales.

Conditionales.

ሶበሁ : *Si. Psal.* 43. 22.
ዘእንበለ : *nisi, præterquam.*
እመ : / ለእመ : } *si, sin.*
ለእመ : ሊ : *ni, nisi.*
ወሚመ : እኮ : *si verò non.*
እመሰ : / ሶበሰ : } *si autem.*

ሁ : in conditionali & quasi interrogativo sermone locum habet, ut; እሰመ : ለማኝ : ለንተሁ : እግዚአ : *Matth.* 14. ሶበ : እቤሁ : *Psal.* 72. 15.

Copalativæ sunt :

ወ : *Etiam* ዓዲ : *præterea, adhac.* ሂ : & ኒ : *quoque, etiam,* respondent particulis encliticis *què*, & Græcorum τε, ut በሰማይ : ወበምድርኒ : *& in cælo & in terra.*

Disjunctivæ.

እመሂ : *sive, seu.* እመኒ : *sive*, si sæpius repetatur additur ወ : ut; እመኒ : ዐረጉ : ወእመኒ : ወረድኩ : ወእመኒ : ነሠእኩ : *sive ascendero, sive descendero. Psal.* 138.7.

አው : / ወሚመ : } *aut, vel.*

Finales.

ከመ : *Ut.* ከመ : ኢ :

CAP. IV.

De Interjectionibus.

D*Eridentis* : እንቋዕ : እንቋዕ : *Euge, euge ! Psal.* 69. 4.

Dolentis አሌ : *va*, አሌሊተ : *va mihi.* ወይ : idem, ወይለከ : *va tibi. Matth.* 11. 21. ወይሊተ : *va mihi*, & sic modò conjunguntur Pronominibus : modò disjunguntur.

ሰይሌ : *heu.* & contr. ሴሌየ : *heu mihi. Psal.* 119. 5.

Salutantis personam aliquam in dignitate constitutam : ባሐ : *Ave*, communiter ሰላም :

Rogantis እስኩ : *quæso, obsecro.*

Huc pertinet ኣ : paragogicum *supplicantis*, vel *petentis*, vel *nunciantis* aliquid. *Dan.* 3. 4 quod per totam orationem supplicem miro modo, in fine singularum vocum, ad nauseam usque repetitur, ut patet *Matth.* 27. 19. *Luc.* 7. 7. & 16. & seq. Imo & *interrogantis* est, ut; አንተኣ : መኑኣ : አንተኣ : *tu quisnam es? Joh.* 11. 19.

GRAMMATICÆ ÆTHIOPICÆ

LIBER SEXTUS, DE SYNTAXI.

CAPUT PRIMUM.

De Syntaxi Verborum,

Et quidem

I. *De Constructione Verbi cum Verbo.*

1. VErbum regitur à Verbo in Infinitivo, ut: ሊይክሉ ፡ ቀዊም ፡ *non possunt stare, Psal.* 17.42. ሊይክል ፡ አግምሮቶ ፡ *non possum comprehendere illud. Org.* Ubi nota, Verbum ከህለ ፡ formam secundam Infinitivi cum affixo præoptare. ቀደመ ፡ ነጊረ ፡ *prævenit narrare*, i. e. *prius narravit.*

2. Vel in Subjunctivo per Ellipsin Conjunctionis ከመ ፡ *ut* : ሊፈቀደ ፡ ይለቡ ፡ *noluit intelligere. Psal.* 35.43. ዐርገ ፡ ይጸሊ ፡ *ascendit oratum*, sive *ut oraret, Luc.* 6.12. ወጸአክሙ ፡ ትርአዩ ፡ *egressi estis visum*, sive *ut videretis.*

3 Nonnunquam modò dicta particula ከመ ፡ accedit, ut ይኄይሰከ ፡ ከመ ፡ ይትሐጐል ፡ *præstat tibi ut pereat, Matth.* 5.29. quæ tamen in sequenti versu omittitur.

II. *De Constructione absoluta Verbi cum Nomine.*

4. Verba Activa, cujuscunque sint conjugationis aut formæ regunt Nomina (1.) in statu constructo, qui Accusativum repræsentat, ut: ስእለ ፡ ሕይወተ ፡ *petiit vitam.* ፈተወ ፡ ስንኪ ፡ *Psal.* 44.13. ረሰየ ፡ ማየ ፡ ወይነ ፡ *fecit aquam vinum.* Lit. MSS ነበቡ ፡ ሐሰተ ፡ *locuti sunt vanum. Psal.* 72.8.

5. *EXCIPE casum affixi, ibi enim status absolutus manet, ut* አንቃዕደውኩ ፡ ነፍስየ ፡ elevavi animam meam. *Psal.* 24.1. አንሣእኩ ፡ አዕይንትየ ፡ elevavi oculos meos. *Psal.* 120.1. እሁብ ፡ ብፅዓትየ ፡ dabo votum meum. *Psal.* 21.27. ሜጥከ ፡ ላሕየ ፡ avertisti planctum meum. *Psal.* 29.14. *Et quidem in Plurali status affixi prævalet statui constructo, ut* አንቃዕደነ ፡ አዕይንቲነ ፡ elevavimus oculos nostros. *Psal.* 122.1.

6. Re-

6. Regunt (2.) Nomina auxiliante affixo tertiæ personæ, & ለ፡ nomini sequenti præfixo, ut: ባልሐ ፡ ለነፍስየ ፡ *libera animam meam. Psal.*7.4. ita tamen ut Nomen non rarò præcedat: ለከናፍርየ ፡ ረስዮን ፡ *Org. Effice labia mea*. ለዕ ውር ፡ መሪሖቶ ፡ *cæcum ducere. Luc.*6.39.

7. Ista constructio non Accusativo tantum, sed & Dativo Latino competit, ut: ዘይሌድም፡ ለአቡከ ፡ *quod placet patri tuo. Org.* ወመኑ ፡ ይትቃወሞ፡ለቍረ፡ *quis potest resistere frigori. Psal.*147.6.

8. Etiam Neutra quædam Activè construuntur, ut: ኀየለ ፡ *prævaluit*, quod Activè reddere licet, *superavit*: ይኄይልዎ ፡ *superabunt eum*, vel comparativè, *fortiores sunt illo. Org.* Sic አልቦ ፡ ዘይክለኒ ፡ *nemo est qui prævaleat mihi.*

9. Præterea statum constructum poscunt: Verba passionis; ut ሐመ፡ፈፀንተ፡ *laboravit febri.* Luc.4.38.

10. Verba Loci; ut: ቦዊአ ፡ ቤተ ፡ *introire domum. Matth.*12.29. ወፅአ ፡ ገዳመ ፡ *egressus est in desertum. Matth.* 11.7. ነበረ ፡ ሰማያተ ፡ ኀበ ፡ አቡሁ ፡ እንዘ ፡ ሀሎ ፡ ምድረ ፡ *mansit in cælis apud patrem suum, cùm tamen esset in terra. Lit. MSS.* ቀዊመ ፡ ዐውደ ፡ q. d. *stare circulum*, i. e. *circumstare. Org.*

11. Verba Temporis, ut: ኢያጽረዕኩ ፡ እሐተ ፡ ሰዐተ፡ *ne unicam quidem horam cessavi. Org.*

12. Verba Copiæ, aut inopiæ, ut; *Anima mea* ጸገበት ፡ ጽእለተ ፡ *satura est ignominiæ, Psal.*37.7. ኀጥእኩ ፡ ፈውሰ፡ *carui sanitate. Psal.*37.7.

13. Verba ኮነ ፡ ut: እከውን ፡ ንጹሐ፡ *ero purus. Psal.*17.26.

14. Anomalum ቦ ፡ *est* vel *habet*, ejusque negativum አልቦ ፡ አልቦቱ ፡ construitur cum Accusativo rei: ut; ዐቅመቦ ፡ *terminum habet. Org. lect.*1. አልቦ፡ ዐቅመ ፡ *non est ei terminus. Jac.*3.8. & Dativo subjecti, ut: አልቦ ፡ ፈውሰ ፡ ለሥጋየ ፡ *non est sanitas corpori meo. Psal.*37.7.

15. Et alia quædam Verba, quæ usus docebit; ut ዑቁ ፡፡ ዑቁ ፡ ርእሰክሙ ፡ *cavete vobis ipsis. Luc.* 17.8.

16. Infinitivus cum Substantivo concurrens, more Substantivorum in statu constructo collocatur, ut; ሰትየ ፡ ደመ ፡ *bibere sanguinem. Lit. MSS.*

III. *De Constructione Verborum cum Nominibus, quæ fit auxilio Præpositionum.*

17. Porrò cum Præpositionibus Verba nonnulla construuntur. Veluti cum Præpositione ለዐለ ፡ quatenus *contrà* significat

Verba adversitatis & contrarietatis, ut; ተሰነተየ ፡ *conjuravit, Psal.* 101.9. አሕሠመ ፡ *maledixit, Marc.*9.39. In *Actis* 23.5. habetur ደበ ፡ dubito an benè? ይሳለቅ ፡ ለዐሌሆሙ ፡ *illudet eos.*

18. Cum Præpositione ምስለ፡ ut: አስተሳለመ ፡ *reconciliavit aliquem* ምስለ ፡ *cum aliquo. Org.*

19. Cum Præpositione በ ፡ ut: ተአመነ ፡ *confisus est.* ተአምኖ ፡ በእግዚአብሔር፡ *fiducia in Deum. Psal.*117.8. at ተወከለ ፡ utroque modo construitur, ut ተወከልኩከ ፡ *Psal.*21.9. & ተወከሉ ፡ ቦቱ ፡ *Psal.*2.13. ዘመወ ፡ *scortatus est* በአዋልደ ፡ አሕዛብ ፡ *cum filiabus Ethnicorum Org.* ተማኅፀነ ፡ *commendatus fuit alicui*, sive *fretus* aut *confisus fuit* በኂሩቱ ፡ ለእግዚአብሔር ፡ *bonitate Dei.*

20. Cum Præpositione ኀበ ፡ *ad, apud*: Verba petendi, ut: ሰአለ ፡ *petiit*. ጸለየ ፡ *oravit* & ተማህለለ ፡ ut: ይጼሊ ፡ ኀቤከ ፡ *orat ad te*. *Psal.* 31.7 ጸርኀ ፡ ኀቤሁ ፡ *clamavit ad eum*. Sic ኀበ ፡ መኑ ፡ እስእል ፡ ወኀበ ፡ መኑ ፡ እትመሀለል ፡ ወኀበ ፡ መኑ ፡ እጼሊ ፡ *à quo petam* &c. *Org. lect.* 3. ኢይትከፈል ፡ ኀበ ፡ ወልድ ፡ ወኀበ ፡ አብ ፡ *non dividitur* (Sp. S.) *apud Filium & apud Patrem*. i. e. *non est partim apud Filium, & partim apud Patrem*. ተርጐመ ፡ *expositus est*; ut ሰክልኤ ፡ ይትረጐም ፡ ኀበ ፡ ለአምሮ ፡ ወኢያእምሮ ፡ *dupliciter exponitur de cognitione & ignorantia*. ወለጠ ፡ *mutavit* ኀበ ፡ *in hoc* vel *illud*. *Org*.

21. Cum Præpositione እም ፡ *à, ab, ex* (1.) Verba timoris, ut; ፈርሀ ፡ *timuit*, መምዐ ፡ *trepidavit*. ut; ይመምዑ ፡ እምድምጸ ፡ ቈጽል ፡ *trepidant ob strepitum folii*. *Org*. (2.) Verba præcavendi, ut ተዐቀበ ፡ *cavit sibi* እም ፡ *ab aliquo*. ሰዊቅ ፡ *fulcire* እምትንታኔ ፡ *à nutatione*. *Org*. ዐርቀ ፡ *defecit, destitutus fuit*. ዘኢየዐርቅ ፡ እምቱሱሕ ፡ *quod non destituitur mixto*. *Cant*. 7.2. plura vide in Syntaxi Præpositionum.

IV. *De Verbis quæ variè construuntur.*

22. Multa dantur Verba, quæ diversimodè construuntur, sicuti usus docebit. Ejusmodi sunt, ut aliqua saltem exempla afferamus

(1.) Verba *similitudinis & comparationis*, ut: ተመሰለት ፡ ርግበ ፡ *similis est columbæ*. *Org*. ተመሰልከ ፡ መስሊሆሙ ፡ *exæquatus illis es*. ይመስል ፡ ከመ ፡ በቀልት ፡ *similis est palmæ*. መሰለ ፡ በዕፀው ፡ *comparavit, assimilavit arboribus*.

(2.) Verba *quantitatis & qualitatis*, quæ vim comparationis in se habent, tàm absolutè: ut ዘይልህቅ ፡ *natu maximus*: quàm cum affixo relativo rei aut personæ comparatæ, ut: ዘይልህቀክሙ ፡ *qui maximus vestrum est*. ዘይኄይሎ ፡ *qui fortior eo est*, ut & particulâ comparativâ እም ፡ construuntur, ut: የዐቢ ፡ እምኔሁ ፡ *major est eo*. *Matth*. 11.11. Sic ይኄይስከ ፡ ይትሐጐል ፡ አሐዱ ፡ እምኵለንታሁ ፡ ይሑር ፡ *præstat tibi* (ut) *pereat unum, quàm* (ut) *totum abeat* &c. *Mat*. 5.30.

V. *De Ellipsi in Constructione Verborum cum Nominibus.*

Quædam Verba construuntur cum Dativo per Ellipsin Præpositionis በእንተ ፡ ut: አስተስረየ ፡ ሎሙ ፡ *intercessit illis*, pro በእንቲአሆሙ ፡ *pro illis*. Sic ይትዋቀሦ ፡ *patrocinatur illi*; alibi verò legitur ይትዋቀሠ ፡ በእንቲአሁ ፡ *Org*. ይትበአስ ፡ ወይትቃወም ፡ ሊተ ፡ *pugnat & protegit mihi*, i. e. በእንቲአየ ፡ *pro me*.

VI. *De Periphrasi Verborum.*

Verba ረሰየ ፡ *fecit*, & ኮነ ፡ *factus est*, inserviunt Verborum periphrasi; ut: ረስየኒ ፡ ድኅነ ፡ *redde* vel *effice me liberum*: i. e. አድኅነኒ ፡ *libera me*. *Org*. ከመ ፡ ኢይኩን ፡ መዉአ ፡ *ne fiam victus*. i. e. ከመ ፡ ኢይትመዋእ ፡ *ne vincar*. *Org*.

VII. *De Enallage in Constructione Verbi cum Nomine, vel Generis & Numeri.*

Fœmininum plurale construitur cum Præterito masculino singulari, ut: ተሀውከ ፡ አዕጽምትየ ፡ *conturbatum est ossa mea*, pro ተሀውካ ፡ *Psal*. 6.2. et 101.4. ኀልቀ ፡ መዋዕልየ ፡ *defecit dies mei*, pro ኀልቁ ፡ vel Numeri tantùm: ተኀድገ ፡

ሎሙ ፡

ሎሙ ፡ ኀጢአቶሙ ፡ *Psal.31.1. quibus remissum est peccata illorum*, pro ተኀድገት ፡

CAP. II.

De Syntaxi Nominum.

Tit. I.

De Constructione Substantivi.

Substantivum cum Substantivo rei diversæ tripliciter construitur.

1. Substantivum prius construitur in statu constructo, *de quo lib. 4. c. 6.* ut ብእሴ ፡ ደም ፡ *vir sanguinis. Psal.5.7.* quæ constructio quandoque per aliquot voces ordine continuatur, ut : አዋልደ ፡ ነገሥተ ፡ አሕዛብ ፡ *filiæ Regum Ethnicorum. Org.* Interdum tamen per sequentem construendi modum interrumpitur, ut : ንጉሠ፡ነገሥት፡ ዘኢትዮጵያ ፡ *Rex Regum Æthiopiæ.*

Ad eundem modum Substantivum construitur cum Pronomine possessivo absoluto; ut ስም፡ዚአየ፡ *nomen meum Org. l.6.* Imò & Appositio statum constructum postulat, ut ሐሳዌ፡መሲሕ፡*Mendax Messias.* 1 *Joh.2.18.* i. e. *Antichristus.* ሐሳውያነ ፡ ነቢያት ፡ *Mendaces, s. Pseudoprophetæ. Matth. 7.15.* ዐጽመ ፡ መንከስ ፡ *os mandibulæ.* በዓለ ፡ ፋሲካ ፡ *Festum Paschatos. Joh. 2.23.*

NOTA. Hypallage nonnunquam hîc contingit, ita, ut nomen quod debet sequi, antecedat. ut : ዕፍረተ ፡ ልጥር ፡ *unguentum litræ* : pro ልጥረ ፡ ዕፍረት ፡ *litra unguenti, Joh.12.3.* sic Hebraicè שְׁקָלִים כֶּסֶף *Lev.5.15.*

2. Substantivum posterius adsciscit articulum ዘ ፡ qui est nota Genitivi, ut : መዝሙር ፡ ዘዳዊት ፡ *Psalmus Davidis*, quem modum amant (1.) Nomina Propria. (2.) Nomina desinentia in vocalem quarti, quinti & septimi ordinis, quia enim illa nullam patiuntur mutationem, ideo constructio hoc pacto indicanda est, ut : ጸጋ ፡ ዘአብ ፡ zaga-zaab, *gratia patris.* Nomen proprium viri. ፍጻሜ ፡ ዘለኆቴት ፡ *Psal.4. tit.* ፍጻሜ፡ዘሸብሸት፡ *Psal.6. tit.* Non raro tamen hoc indicio carent : እንስሳ ፡ ገዳም፡፡ሐረዊያ፡ሐቅል ፡ *Psal.79.14.*

Ex duobus Substantivis rem unam describentibus, posterius tantùm si constructio poscat, in plurali constituitur, ut ዐጽመ ፡ ገቦ ፡ *costa*, ዐጽመ ፡ ገቦዎት ፡ *costæ. Org. l.5.*

3. Per affixum tertiæ personæ sequente ለ ፡ ut : ምሕረቱ ፡ ለእግዚአብሔር ፡ *misericordia Domini Omnipotentis.* Nota in duobus posterioribus modis nomen constructum sæpè præponi, ut ; ዘዳዊት ፡ መኃልይ ፡ *Psal. 72. tit. Davidis cantica.* ለአብ ፡ የማኑ ፡ *dextra patris*, pro የማኑ ፡ ለአብ ፡ *Liturg. MSS.*

4. Nomina temporis & loci in statu constructo collocantur, ut ; ኵሎ ፡ አሚረ፡ *omni die*, seu *quotidie. Luc.22.53.* ውእተ ፡ ጊዜ ፡ *illo ipso tempore*, i. e. *subitò.* Si quis quæsierit የማነ ፡ ወፀጋመ ፡ *ad dextram & sinistram. Lit. MSS.*

5. Nomina à Verbis derivata, tam Substantiva quàm Adjectiva, constructionem Verborum suorum sequuntur. ut ; ጸሎት ፡ ኀበ ፡ እግዚአብሔር ፡ *preces ad Deum. Luc.6.12.* ዕሩይ ፡ *æqualis, par alicui.* ዘዕሩይ፡ ምስሌከ ፡ *qui par est tibi.* ውኩል ፡ *confisus, fretus*, አንሰ ፡ ውኩል ፡ ሰዕለ ፡ ስእለትከ፡ *Ego autem fretus sum petitione tuâ.*

Tit.

Tit. II.

De Regimine Adjectivi.

6. Adjectiva qualitatis, cum Subſtantivis conjuncta, quæ Latinè Ablativum poſcunt, Æthiopicè more Subſtantivorum in ſtatu conſtructo collocantur, ut: ፍጡነ ፡ መዐት ፡ *citus irâ.* ለሠሡዐ ፡ ልብ ፡ *inſatiabilis corde. Pſal.* 100 7. ህቡረ ፡ ህላዌ ፡ ዕሩየ ፡ መለኮት ፡ *unitus eſſentiâ & par divinitate. Org.* ርቱዓነ ፡ ሀይማኖት ፡ *recti fide*, i. e. *Orthodoxi.*

7. Nomen materiæ regitur à ſuo Adjectivo auxilio Præpoſitionis በ ፡ ut; ልቡጥ ፡ በወርቅ ፡ *auro obductus.* ንዝኅት ፡ በደም ፡ *conſperſus ſanguine. Liturg. MSS.* ልኩፍ ፡ *attactus* poſcit እም ፡ *Org. l.* 3.

8. Dantur Adjectiva qualitatis quæ ſemper cum affixo perſonali, quale videlicet conſtructio poſcit, efferuntur; Veluti ዕራቅ ፡ *nudus*, ut; Dejiciant me ዕራቅየ ፡ *inanem. Pſal.* 7. 4. Fugit ዕራቄ ፡ *Marc.* 14. 51. ትኩዝ ፡ *triſtis*, ut; ሖረ ፡ ትኩዘ ፡ *abiit triſtis, Marc.* 10. 22. *Pſal.* 37. 6. ዕዉረ ፡ ተወልደ ፡ *cæcus natus eſt*, & በሕቲት ፡ *ſolus*, ለባሕቲትከ ፡ *tibi ſoli. Pſal.* 50. 5. ጽሙእ ፡ *ſitiens*, ኵለንታ ፡ *totum*, &c.

9. Eodem modo conſtruuntur Nomina numeralia, ſed ita ut affixum ſemper rejiciat ſuum relatum, ut: Si ejecerint vos ex una urbe, fugite ውስተ ፡ ካልእታ ፡ *in alteram. Matth.* 10. 23. & ita quoque ካልኡ ፡ ወሣልሱ ፡ *ſecundus ejus & tertius ejus.* q. d. *ſecundus & tertius ab ipſo.* ሣልሶሙ ፡ ዮም ፡ *tertius eorum dies eſt. Mar.* 8. 2. ubi affixum planè abundat.

10. Adjectiva copiæ vel inopiæ nomen conſtructum adſciſcunt, ut: መልእት ፡ ሕምዘ ፡ *plena veneno. Jac.* 3. 8. መሉኣን ፡ አዕይንተ ፡ *pleni oculis. Apoc.* 4. 4.

11. Adjectivum & Subſtantivum regulariter quidem etiam genere & numero conveniunt: attamen frequentiſſimè hîc occurrit Enallage, quæ vix regulas habet. Et quidem *generis*, & *numeri ſimul.* ut; አንስት ፡ ሊልኩፋን ፡ pro ልኩፋት ፡ *Org. l.* 3. በውእቱ ፡ መዋዕል ፡ pro ውእቶን ፡ *in illis diebus. Luc.* 6. 12.

12. In ſtatu conſtructo Adjectivum cum Subſtantivo convenit; ut: ዘፈነወ ፡ ወልደ ፡ ዋሕዴ ፡ & አጽገበ ፡ ለአባፊ ፡ ብዙኃነ ፡ *Lit. MSS.*

III. De Conſtructione Comparationis.

13. *Poſitivus* intenditur per particulam ጥቀ ፡ ut: ጥቀ ፡ ልዑል ፡ *valdè excelſus.* Qui gradus intenſus Latinè extra ſtatum comparationis per ſuperlativum exprimi ſolet, *celſiſſimus.* ጥቀ ፡ ክቡር ፡ *nobiliſſimus.* ጥቀ ፡ ፍቁር ፡ *chariſſimus.*

14. *Comparativus* apud Æthiopes fit auxilio particularum እም ፡ & እምነ ፡ *à, ab*, Latinè *præ, quàm*; ut apud Hebræos מִן. Verùm per Verba tantùm, ut; ይበዝኁ ፡ እኩያን ፡ እምነ ፡ ኄራን ፡ *multi ſunt mali præ bonis*, i. e. *plures ſunt mali quàm boni*; Sic, Filii hujus mundi ይጠብቡ ፡ እምውሉደ ፡ ብርሃን ፡ *ſapientiores ſunt filiis lucis.* Luc. 16. 8. የዐቢ ፡ እምኔሁ ፡ *major eſt eo. Matth.* 11. 11. Plura diximus ſupra de Verbis Reg. 22.

15. *Superlativum* Æthiopes efferunt. (1.) Repetitione ejuſdem nominis in plurali maſculino, idque vel præcedente ſtatu conſtructo: ut: ቅድስት ፡ ቅዱሳን ፡ *Sanctum Sanctorum*, i. e. *ſanctiſſimum*; vel mediante Præpoſitione inſeparabili እም ፡

እም ፡ ut; ንጽሕት ፡ እምንጹሐን ፡ *casta præ castis*, i. e. *castissima*. Mysterium ዘኅቡእ ፡ እምኅቡኣን ፡ *secretissimum omnium. Org.*

(2.) Per sola Verba quantitatis, aut qualitatis, præmisso relativo ዘ ፡ ut; ዘይንእስ ፡ *quod minimum est*, i. e. *minimum*. ዘይበዝኅ ፡ *quod maximum est*, i. e. *maximum*; sive *maxima pars*. ዘይልህቅ፡ *natu maximus. Matth.* 22.25. Plenius tamen additur እምኵሉ፡ ut ትንእስ ፡ እምኵሉ፡እዝርእት ፡ *Mar.* 4.31.

IV. *De Periphrasi Adjectivorum.*

16. Adjectiva circumscribuntur (1.) per Substantivum in Genitivo constructum, qualitatem priori tribuens, ut apud Ebræos. ut; ሐራዊያ ፡ ሐቅል ፡ *porcus sylvæ*, i. e. *sylvestris*, *Psal.* 79. 14. Item, ፍትወት ፡ ዘሥጋ ፡ *desiderium carnis*, i. e. *carnale*. (2.) per Pronomen relativum ዘ ፡ *qui*, & እንተ፡ *quæ*, tàm in singulari quàm plurali; ut ፡ ዘሥጋ ፡ *corporeus. Org.* ዘየማን ፡ *dexter*. ዘለምጽ ፡ *leprosus*, እለ፡ለምጽ፡*leprosi*. *Matth.* 10.8. እለ ፡ ክርስቶስ ፡ *Christo addicti. Marc.* 9.41.

NOTA: Nonnunquam intercedunt Præpositiones በ ፡ & ለ: *ut*; ዘበአማን ፡ verus. ዘለዓለም ፡ quod in æternum, *i. e.* æternus. ዘበትርብዕት ፡ quadratus. *Si præcedat fœmininum, Periphrasis quoque fit per fœmininum relativum* እንተ፡ *ut*; *Ecclesia* እንተ ፡ ሐዋርያት ፡ Apostolica. እንተ፡ውስጥ፡ interior pars. እንተ፡ አፍአ ፡ exterior pars. እንተ፡ጽብሐት ፡ matutina. *Psal.* 21. *tit.*

V. *De Nominum Pleonasmo.*

17. Pleonasmum in Ebræa lingua satis usitatum, efficiunt voces ገጽ ፡ *facies*. አፍ ፡ *os*. እድ ፡ *manus*; ut ፡ እምገጸ ፡ ቀስት ፡ *à facie arcus*, i. e. *ab arcu. Org.* እምአፈ፡ለርማሕ ፡ *ab ore lancearum*; i. e. *à lanceis*. እምእደ ፡ ኵሎሙ ፡ ጸላእትየ ፡ *è manu omnium inimicorum meorum*, i. e *ab omnibus inimicis meis*.

18. Huc spectat constructio Synonymorum, ut ፡ መጽሐፈ፡ መልእክት ፡ *liber epistolæ*, i. e. *libellus epistolaris. Org.* quæ aliàs plerunque αὔξησιν & evidentiam denotat: ut ሠና ፡ ላሕይ ፡ *pulchritudo venustatis*, i. e. *egregia pulchritudo*. ቅኔ ፡ ግብርናት ፡ *servitus subjectionis*, i. e. *gravissima servitus*. ጼና ፡ መዐዛ ፡ *odor fragrantiæ*, i. e. *optimus odor*.

De Ellipsi.

Ellipsis nominis በዓል ፡ *Festum*, frequens est; ut ex titulis lectionum Novi Testamenti liquet. ut ፡ በሕፃናት ፡ መንበብ ፡ *in infantium lectio*; pro በበዓለ፡ ሕፃናት ፡ *in festo infantium* innocentium *Matth.* 2. 13 *tit.* Lectio autem ex Paulo in eodem festo reperitur. 1 *Cor.* 4. 1. Sic በመስቀል ፡ ዘቀውዐ ፡ *in Festo crucis verno*; quod vulgò est *crucis inventio*. 1 *Cor.* 1. 17. *tit.* ለሚካኤል ፡ *in Michaelis sc. festo*. Gall. *à la St. Michel.*

Enallage, ut paulò antè diximus, in hac lingua frequentissima est, non Generis tantùm & Numeri singularis pro plurali, & vice versa; sed & Numeri Ordinalis pro Cardinali: ሰዱስ ፡ መዋዕል ፡ *sextus dies* pro ስድስቱ ፡ *sex*. Et vice versa, ut ፡ ጊዜ ፡ ስሱ ፡ ወትስዒ፡ሰዓት ፡ *tempore sex & novem hora*, pro *sexta & nona hora*. Item ዐሠሩ ፡ ወአሐቲ ፡ *decem & una*, pro *undecima*. *Matt.* 20.5,6. plura & diversa exempla passim obvia sunt.

CAP.

CAP. III.

De Pronominum Syntaxi,

Et quidem

I. De Possessivis.

ዚአየ ፡ ዚአከ ፡ &c. Substantivè & neutraliter accipiuntur : *Id quod meum, tuum, suum* vel *illius est.* Gall. *le mien, le tien, le sien* : ut ; ዘእምዚአሃ ፡ ሞተ ፡ ነሥአ ፡ ወዘእምዚአሁ ፡ ሕይወተ ፡ ጸገዋ ፡ *qui de eo, quod ejus erat, mortem assumsit, & qui de suo vitam ei donavit. Org.* እምዚአየ ፡ ይነሥእ ፡ *de meo sumet. Joh.* 16.14. ኵሉ ፡ እንቲአየ ፡ ውእቱ ፡ *omne meum est.* ibid.

II. De Relativis.

Pronomina Relativa ዘ ፡ እንተ ፡ እለ ፡ *qui, quæ*, in casibus obliquis Latinorum poscunt Pronomen tertiæ personæ, Verbo vel Nomini affixum, ut : Beatus ዘአዕረፈ ፡ ላዕሌሁ ፡ *super quo requievit. Org.* ዘባረከ ፡ *quem benedixit* (Deus). *Org* ሀገር ፡ እንተ ፡ ስማ ፡ *urbs cujus nomen. Joh.* 4.4. እንተ ፡ ባቲ ፡ *in qua. Psal.* 49.24 ዘውስጡ ፡ *cujus interior pars.* ዘበላዕሌሁ ፡ *super quo.* ዘዐሠሩ ፡ አጻብዒሁ ፡ *cujus decem digiti.*

Et vel promiscuè ሁ vel ሆ ፡ usurpatur, modò notes, in Nominibus pluralibus & Verbis prius integrum manere ; ut : ዘቀባእከሁ ፡ *quem unxisti. Org.* Posterius verò ሀ suum abjicere, ut : ዘረሰይከ ፡ *quem fecisti. Org.*

III. De Interrogativis.

መኑ ፡ *quis?* cum Nomine constructum nihil mutat, ut ; መኑ ፡ ሰብእ ፡ *quis hominum? Org. lect.* 2.

Pronomen reciprocum *sui, sibi*, quod Hebraicè effertur per נֶפֶשׁ *anima* hîc redditur per ርእስ ፡ *caput.* ut : ርእሶሙ ፡ *capita sua*, i. e. *se ipsos.*

Pleonasmus Pronominum personalium frequens est, ut : ሊተኒ ፡ ርድአኒ ፡ *me quoque juva* (me.) *Org.* አስተስረየ ፡ ሎሙ ፡ ለእለ ፡ ሰቀልዎ ፡ *intercessit pro illis qui crucifixerunt eum.* Ut & Pronominis relativi ዘ ፡ in Præpositionibus ; ut : *Mixtum myrrhâ* ዘምስለ ፡ ሐሞት ፡ *cum felle.* ዘአልቦ ፡ ምሕረት ፡ *sine misericordia. Lit. MSS.*

Ellipsis Pronominis መኑሂ ፡ *aliquis, quispiam*, contingit ob verbum ቦ ፡ ut : ቦኑ ፡ ዘየአምር ፡ *Estne* (aliquis) *qui sciat?* sive, *scitne aliquis?*

Enallage Numeri ; ut ; አንትሙ ፡ ውእቱ ፡ *vos es*, pro *estis. Matth.* 5. 13.

Generis : ut ; ጼው ፡ ለምድር ፡ pro ጼዋ ፡ *ibid.* modo non sit mendosum.

CAPUT

CAP. IV.

De Syntaxi Adverbiorum,

Et quidem

I. De Constructione Adverbiorum cum Verbo.

1. እስከ ፡ አመ ፡ *donec*, construitur cum Futuro Indicativi; ut: እስከ ፡ አመ ፡ እነስሕ ፡ ወአቀርብ ፡ *donec pœnitentiam agam, & afferam* (ei fructus pœnitentiæ.) *Org.*

2. Optativum seu Conjunctivum postulant Adverbia ኢ ፡ *ne* prohibendi, ለ ፡ optandi, vel petendi particulæ. Nec non እመቅድመ ፡ & ዘእንበለ ፡ *antequam, priusquam.* ut; ኢትሑር ፡ *ne ineas. Luc.* 18.20. ኢትኅድገኒ፡ *ne derelinquas me.* Sic ለትባእ ፡ *intret. Psal.* 87.2. ለይኩን ፡ ለይኩን፡ *fiat, fiat.* Gall. *ainsi soit il.*

3. እመ ፡ Particula inseparabilis, quæ alias intendendi vim habet, Præterito præfixa, Plusquam perfectum Subjunctivi Latinè efficit; ut እመወሀብኩ ፡ *utique dedissem. Psal.* 50.17.

Regulam de mutatione τῶ Alf characteristici ob præcedentem negativam ኢ፡ vide supra *l.*2. *c.*6. *R.*3.

4. ሶበ ፡ *cum*, vel *postquam*, construitur hic cum Præterito & Futuro, & effertur Latinè per Futurum Subjunctivi, ut ሶበ ፡ ገብኡ ፡ *cum* vel *postquam conversi fuerint. Psal.*9.3. ሶበ ፡ ይነብሞ ፡ *cùm locutus fuerit illis.* ሶበ፡ እጼሊ ፡ *cum oravero.* ሶበ ፡ ይበዝኁ ፡ *Psal.*48.17.

5. እንዘ፡ *cùm, dum*: si Futuro præmittatur, efficit Latinè Præsens Indicativi, vel Præsens Participii, *ut supra lib.*2.*c.*5.*n.*5.*docuimus.* ut: እንዘ፡ ይብሉ፡ *dicentes.* እንዘ ፡ እጸርሕ ፡ *clamans.* እንዘ ፡ ይደየጸው ፡ *dum contendunt invicem de re auferenda. Org.*

6. Eâdem particulâ circumscribuntur Adjectiva potentiæ, ut: እንዘ ፡ ይቀትል፡ *lethale*; quod etiam fit Pronomine ዘ ፡

7. At cum Præterito per Imperfectum, vel Plusquamperfectum Subjunctivi exponi potest, ut: እንዘ ፡ ሀለውኩ ፡ *cùm essem* vel *fuissem. Psal.*21.9. quæ expositio locum quoque habet, si Pronomina personalia loco Verbi Substantivi occurrant; ut: እንዘ ፡ ክቡር ፡ ውእቱ ፡ *Psal.*48.12. *cum honoratus esset*, vel *existens honoratus.*

8. Quin & reddi potest per *quamvis*, ut; እንዘ ፡ ጽኑዕ፡እንተ ፡ *quamvis fortis esses. Org.* Portasti eum in utero tuo እንዘ ፡ ኢይትገበእ ፡ *quamvis non comprehendi possit.* እንዘ፡ ኢይበጽሖ ፡ ሰብሕክዎ ፡ *quamvis non assequar eum, celebravi eum.*

9. Si verò accedat Ellipsis Verbi Substantivi, reddi potest per *quòd*, vel per Infinitivum, ut Recordor እንዘ ፡ ብየ ፡ እእምሮ ፡ *quòd in me sit scientia*, sive *esse in me scientiam. Org.*

II. De Constructione Adverbiorum cum Nomine.

10. አመ ፡ Nominibus temporis præmitti solet; አመ ፡ ዕለት ፡ *illo die.* አመ ፡ ሣልስ ፡ *tertio die.*

11. ሊ : *non*, Adverbium negandi, ante nomen universalitatis ኵሉ : plerunque universalem infert negationem, ut: አለ : ሊያርምሙ : ስብሐተ : ወቅዳሴ : በኵሉ : ሰዓት : Qui non cessant dicere laudem & sanctitatem: *omni tempore & horâ.* h. e. *qui nullo non tempore et horâ prædicant laudem et sanctitatem tuam. Org.*

12. ኑ : interrogandi, sequenti modo usurpatur: እምሰማይኑ : ወሚመ : ዘእምሰብእኑ : *de cælo-ne an de hominibus? Luc.* 20.4.

III De Constructione Adverbiorum cum aliis Particulis.

13. ሊ : *non*, Adverbium negandi, cum Particula aliqua extremitatis vel perfectionis conjunctum, fortius negat, ut: ሊለገሙፈ : *in æternum non.* ሊፍጹመ : *nullatenus, nullo modo. Lit. MSS.*

IV. De Adverbiorum Periphrasi.

14. Adverbia ordinis circumscribuntur per verba rationem temporis habentia, ut: ቀደሞ : ነገረ : *prævenit narrare*, i. e. *prænarravit.* ኅበርክሙ : አሚነ : *conjunxistis credere*, i. e. *pariter nobiscum creditis.* Sic ደገሞ : ፈነወ : *iteravit misit*, i. e. *iterum misit. Luc.* 20.11.

15. Adverbia qualitatis circumscribuntur per Nomen cum Præpositione በ : ut: በዐመፃ : *in iniquitate* : i. e. *iniquè. Psal.* 24.20. በኀይሁ : *violenter, coactè.* 1 *Pet.* 5.2. በትጋህ : *diligenter.* በፈቃድ : *libenter.* በፍቅር : *sponte.* በኀይል : *fortiter.* በትዐግልት : *avidè.*

16. Adverbium comparandi *quàm*, exprimitur per Præpositionem እም : ut: ይኄይስ : ተአምኖ : በእግዚአብሔር : እምተአምኖ : *præstat confidere Domino, quàm confidere &c. Psal.* 8. *et* 9. Sicuti supra de Nominum & Verborum comparatione pluribus diximus.

CAP. V.

De Syntaxi Præpositionum,

I. Inseparabilium.

1. በ : Primariò *in* significat, & quidem in subjecto loci, ut: በየማኑ : አቡከ : *in dextrâ* vel *ad dextram patris tui. Org.*

(2.) Significat causam, ut: ብከ : ተሰርገወት : *per te ornata est. Org.* ሊትትዐቀፍ : በእብን : *non impinges ad lapidem. Psal.* 90. 12.

(3.) Instrumentum, materiam, aut modum actionis, quæ Latinè variè, modò per ablativum, modò per alias Præpositiones efferuntur. ut: በቃል : *voce mea clamo ad Dominum.* ጸለየ : በዛቲ : ጸሎት : *oravit hanc orationem.* በእደዊከ : *manibus tuis* contrectasti eum. *Org.* አኮ : በፍትሕ : *non jure,* ወአኮ : በሞዊእ : *nec victoriâ. Org.* ይትማሰዩ : በእሳት : *auspicia exercent igne.* ከመ : እመስልከ : በዕፀው : *ut comparem te arboribus. Org.*

(4.) *Secundùm* : ut Benefac Zioni በሠምረትከ : *secundùm beneplacitum tuum. Psal.* 50. 8. Item, Credo in te Domine, quòd sis primogenitus Dei. በህላዌከ : *secundùm*, sive *respectu & ratione existentiæ tuæ. Org.* item በሠርዐተ : ንጽሕ : *ratione*

ratione paritatis. Item, Tu es genitrix Dei በሥጋ ፡ *secundùm* seu *ratione & respectu carnis. Org.*

2. ለ ፡ Præfixum inseparabile, non modo Dativi nota est; *ut supra de Nomine docuimus*; sed & exponi potest per *Ad* vel *In*; ut; ለሥምረቱ ፡ ዘኢሁ ፡ *ad beneplacitum ejus.* ለዘለዓ ፡ *in æternum. Marc.* 3. 29.

3. እም ፡ & እምነ ፡ præter usum comparandi, *de quo supra*, tàm in verbis quàm in nominibus exponitur per *Inter*, si de pluribus agatur; ut, Non est similis tibi እምነ ፡ ኵሉ ፡ *inter omnes. Org.* Singularis est constructio cum verbo መሐከ ፡ ut: Quare non diligeret Ecclesiam ነፍሶ ፡ ጥቀ ፡ ኢመሐከ ፡ እምኔሃ ፡ *quandoquidem ne quidem vitæ suæ pepercit ab ea*, sive *propter eam*, aut *illius causâ. Org.*

II. *Separabilium.*

1. ኀበ ፡ *Ad, apud*, & compositum በኀበ ፡ *apud*; in oppositione exponitur *respectu*, ut: Sicut guttula situlæ est በኀበ ፡ ዕመቀ ፡ባሕር ፡ *respectu profunditatis maris. Org.*

2. ውስተ ፡ *in* quatenus *super* vel *supra* significat, ac de superficie accipitur, ut: Descendat sicut pluvia ውስተ ፡ ሣዕር ፡ *super gramen, Psal.* 72. 9.

Aliàs plerumque motum ad locum significat. ut; ዐርገ ፡ ውስተ ፡ ሰማይ ፡ *Ascendit in cælum.*

3. እንተ ፡ Quod aliàs est Pronomen relativum, Præpositionis vim quoque habet, & significat

(1.) *Per*, ut; እንተ ፡ ካልእ ፡ ፍኖት ፡ *per aliam viam. Matth.* 2. 12.
(2.) *Ad.* ut; እንተ ፡ የማን ፡ *ad dextram. Org.*
(3.) *Instar.* ut: ከመ ፡ እንተ ፡ ርግብ ፡ *instar columbæ. Joh.* 1. 32.

III. *De Præpositionum periphrasi.*

ዘእንበለ ፡ *sine*: circumscribitur per ኢለቦ ፡ & ዘአልቦ ፡ *non est*, & requirit nomen in statu constructo. ut; Crucifixerunt eum, ዘአልቦ ፡ ምሕረት ፡ *sine ulla misericordia. Lit. MSS.*

CAP. VI.

De Syntaxi Conjunctionum.

1. Conjunctio similem nominum statum & tempora verborum poscit, ut; ልብ ፡ ወኵሊያት ፡ *Cor & renes*, aut sententiam novam superiori annectit.

2. ዘእንበለ ፡ *nisi, præterquam*, construitur cum Infinitivo, ut; ዘእንበለ ፡ ለገ ደፍ ፡ *nisi ad projiciendum. Matth.* 5. 13. ዘእንበለ ፡ ፈጽሞ ፡ ገቢረ ፡ *nisi absolvam facere* Gall. *sans parfaire, or achever.*

3. ዘእንበለ ፡ ዘ ፡ & ዘእንበለ ፡ ደእሙ ፡ ዘ ፡ *quin potius, sed potius*, poscit Fut. Indicat. *Psal.* 117. 17. ut; ዘእንበለ ፡ ዘተቤዘወ ፡ *sed potius redemptus est. Org.*

4. At si significet *quamvis non*, poscit Subjunctivum, ut; ዘእንበለ ፡ እግበር ፡ *quamvis non faciam*; Galli dicunt, *Sans que ie face.*

5. እመኒ ፡ & እመሂ ፡ *sive* cum Præterito conjunctum, effertur Latinè per Futurum Subjunctivi, ut; እመኒ ፡ ዐረጉ ፡ *sive ascendero.* እመሂ ፡ ንቤሎ ፡ *sive dixerimus ei. Luc.* 20. 5.

ከመ ፡

ከመ ፡ *quod* pro *quia*, Indicativum postulat, ut ; ከመ ፡ ተወለድከ ፡ *quod natus es.*

At ከመ ፡ *ut*, finalis, constanter Subjunctivi Præsens adsciscit, ut ; ከመ ፡ ይግበሩ ፡ *ut faciant. Psal.* 102. 18. ከመ ፡ እምህር ፡ *ut doceam. Psal.* 50. 14. ከመ ፡ ታድኅነኒ ፡ *ut liberes me.*

Conjunctionum

Pleonasmus frequens est ; præsertim τῶ ወ ፡ & ኒ ፡ Quæ etiam ወ ፡ Adversativis pleonasticè præmittitur. ut ; ወባሕቱ ፡ *veruntamen* ; ወእመኒ ፡ ወእመ ፡ *sive.*

Interjectiones

Nihil peculiare habent in constructione, aut notatu dignum.

Plura non addimus, requirimus enim in studiosis hujus Linguæ cæterarum Orientalium Linguarum peritiam, igitur & construendi ratio, & cæteræ Figuræ Syntacticæ ei jam debent esse notæ ; Adhæc usus ipse optimus est constructionis Magister.

FINIS.

ስብሐት ፡ ለእግዚአብሔር ፡ .
ለዓለመ ፡ ዓለም ፡
አሜን ፡፡

ADDENDA.

Pag. 4. *lin.* 19. *lege* Quæ hoc modo. *p.* 19. *l.* 34. *post* verbalia *adde* : non semper passionem ab alio illatam, sed *p.* 24. *l.* 7. *post* utuntur *adde* formâ *p.* 47. *ante num.* 2. *l.* 12 *insere notas seqq.*

(1) ክልኤ ፡ In constructione cum Substantivo reperitur. ut ዘክልኤ ፡ አፈሁ ፡ *Cujus duplex os*, i.e. *anceps gladius. Apoc.* 1. 16. ዘክልኤ ፡ ልቡ ፡ *Cui duplex cor. O. l.* 2.

(2) Reperitur etiam forma ስሱ ፡ *sex*, per can. 2. l. 1. c. 8. *Job.* 2. 6. & per Enallagen *Sextus. Matt.* 20. 5. sic ተስዑ ፡ *Novem. Matt.* 27. 45. ዐሥሩ ፡ *Decem. Matt.* 25. 1.

(3.) ሓምስ ፡ Analogicè & antiquè sic quidem dicitur. *Org. lect.* 5. at hodiè malunt scribere ኃምስ ፡ ut *Matt.* 14. 17. & 25. 2. *Luc.* 9. 13. ob causam in Lexico nostro allegatam.

(4.) ክልኤቲ ፡ 1 *Pet.* 3. 10. & acc. ክልኤተ ፡ *Lit. MSS.* fœm. videtur à ክልኤት ፡ sed formam similem vix vidi.

CONFESSIO FIDEI
CLAUDII
REGIS ÆTHIOPIÆ,

CUM NOTIS ET VERSIONE LATINA

JOBI LUDOLFI J.C.

ANTEHAC

SERENISS. ELECTORI PALATINO

DEDICATA;

Nunc verò edita, *curâ & studio*

JOHANNIS MICHAELIS WANSLEBII,

QUI

LITURGIAM S. DIOSCORI

PATRIARCHÆ ALEXANDRINI

Æthiopicè & Latinè addidit.



LONDINI,

Apud THOMAM ROYCROFT, LL. Orientalium Typographum Regium. A. S. CIↃ. IↃCLXI.



Jobus Ludolfus Christiano Lectori S.



EX quo Divinæ Clementiæ visum fuit, salutarem Evangelii doctrinam per universum orbem propagare, nihil memoratu dignius, aut lectu utilius esse potest Christianis, quàm quo pacto Deus Ecclesiam suam primò fundaverit, in gravissimis persecutionibus auxerit, & etiamnum in maximis periculis conservet. Stupet mens, & admiratione cælestis benignitatis percellitur, quoties secum expendit, Hîc ferocissimos populos suave Christi jugum subjisse: illîc persecutores ipsos manus dedisse: alibi efferas gentes, Barbarâ feritate depositâ, inter oves Christi connumerari, dissipatisque densissimis idololatriæ tenebris, splendidum Evangelii lumen corruscare. Non Regum gesta, non Imperatorum fortia facta Christianum lectorem perinde afficere debent, quàm Evangelicæ doctrinæ successus, casusque Ecclesiæ universalis, & quo loco res Christianorum ubique terrarum nunc sint. Sed ex omnibus minus cognita fuere Ecclesiæ Æthiopicæ latè per Africam sparsæ incrementa, quin & doctrina ipsa hactenus satis in incerto fuit, partim quòd minus frequentarentur Regiones illæ, à mari procul dissitæ: partim, quod lingua Abissinorum hactenus parum exculta fuerit; nec multùm fidei mererentur relationes ab ignotis & imperitis sæpè interpretibus concinnatæ. Quapropter statim ac

Confeſſionem *hanc* Claudii Æthiopiæ Regis *nactus ſum, eam genuinè interpretari, & brevibus Notis illuſtrare operæ pretium fore duxi, quò, ſi aliquando imprimeretur, à Lectoribus ipſis cum textu conferri & faciliùs intelligi poſſet. Reperi eam in codice quodam MSS. quem Clariſſimus Vir,* Dn. Edzardus, SS. Th. L. *& Lingvis Orientalibus egregiè doctus, à Luſitano quodam ſibi comparaverat, & boni publici ſtudio ductus, mihi benevolè conceſſit. Fuerat is, ut veſtigia oſtendebant, auro atque holoſerico pulchrè ornatus; Quare temporis aliarumque circumſtantiarum ratione habitâ conjeci, munus Regium fuiſſe, Luſitanorum Præfecto cuidam miſſum. Nam ut in notis dicemus, Magnificæ Luſitanorum res, terra marique geſtæ, quæ fama per terrarum orbem ferebantur, permoverant Regem Æthiopiæ, ut auxilium eorum imploraret, haud pœnitendo ſucceſſu. Ut igitur fidem eis faceret Religionis Chriſtianæ à ſe ſuiſque cultæ, ſimúlque Judaiſmi ſuſpicionem amoliretur, Confeſſionem talem edidit, quali inter ſuos opus non habuiſſet: Et Computo temporis uſus eſt Europæorum, cum alius apud Æthiopes ſit in uſu. Literas autem ſeorſim additas fuiſſe veriſimile eſt, quibus munus deferretur, & Regis animus plenius exponeretur. De cæteris Benevole Lector ipſe judica, iiſque fruere & mihi fave, & Vale.*

Confeſsio



Confeſsio Fidei

CLAUDII

REGIS ÆTHIOPIÆ.

በስመ፡ አብ፡ ወወልድ፡ ወመንፈስ፡ቅዱስ፡፩፡ አምላክ። ዝንቱ፡ ውእቱ፡ ሃይማኖትየ፡ወሃይማኖተ፡አበውየ፡ ነገሥት፡ እስራኤላዊያን፡ ወሃይማኖተ፡መርዔትየ፡እለ፡ሀለው፡ በዐፀደ፡ መንግሥትየ።

ንሕነ፡ ነአምን፡ በ፩፡ አምላክ፡ወበወልዱ፡ዋሕድ፡ኢየሱስ፡ክርስቶስ፡ ውእቱ፡ቃሉ፡ወውእቱ፡ኀይሉ። ውእቱ፡ምክሩ፡ወውእቱ፡ጥበቡ። ዘሀለወ፡ ምስሌሁ፡ እምቅድመ፡ይትፈጠር፡ ዓለም። ወበደኃሪ፡መዋዕል፡መጽአ፡ኀቤነ፡ እንዘ፡ ኢየዐርቅ፡እመንበረ፡መለኮቱ። ወተሰብአ፡እመንፈስ፡ቅዱስ፡ወእማርያም፡ እምቅድስት፡ድንግል። ወተጠምቀ፡በዮርዳኖስ፡በሠክረምት፡ወኮነ፡ብእሴ፡ፍጹመ፡ወተሰቅለ፡ዲበ፡ ዕፀ፡ መስቀል፡ በመዋዕለ፡ጲላጦስ፡ ጶንጤናዊ። ሐመ፡ ሞተ፡ ወተቀብረ፡ ወተንሥአ፡ በሣልስት፡ ዕለት። ወእምዝ፡በ፵ ዕለት፡ ዓርገ፡ በስብሐት፡ ውስተ፡ሰማያት፡ወነበረ፡በየማነ፡አቡሁ። ወካዕበ፡ ይመጽእ፡ በስብሐት፡ ይኰንን፡ ሕያዋነ፡

IN nomine Patris, et Filii, & Spiritus Sancti unici Dei. Hæc eſt fides mea, & fides Patrum meorum, Regum Iſraeliticorum; (1.) & fides gregis mei, qui eſt in ſeptis Regni mei.

Nos credimus in unum Deum, & in Filium ejus unicum Jeſum Chriſtum, qui eſt Verbum ejus, & Potentia ejus; Conſilium ejus & Sapientia ejus. Qui fuit cum eo antequam crearetur mundus. In ultimis verò diebus venit ad nos, non tamen ut decederet throno divinitatis ſuæ; & Homo factus eſt ex Spiritu ſancto, & ex Mariâ ſanctâ Virgine; Et baptizatus fuit in Jordane trigeſimô annô; Et factus eſt Homo perfectus, & ſuſpenſus eſt in ligno crucis in diebus Pontii Pilati; paſſus, mortuus, & ſepultus eſt, & reſurrexit tertiâ die. Et deinde quadrageſimâ die aſcendit cum gloriâ in cælos, Et ſedet ad dextram patris ſui. Et iterum veniet cum gloria judicaturus vivos

ሕያዋን ፡ ወሙታን፡ ወአልቦ፡ ማኅለቅተ ፡ ለመንግሥቱ፡፡ ወነአምን ፡ በመንፈስ ፡ ቅዱስ ፡ እግዚእ ፡ ማሕየዊ፡ ዘሠረፀ፡ እም አብ፡፡ ወነአምን፡በአሐቲ ፡ ጥምቀት፡ ለስርየት፡ኃጢአት፡፡ ወንሴፎ፡ትንሣኤ፡ ሙታን፡ለሕይወት፡ ዘይመጽእ፡ ለዓለመ፡ ዓለም ፡፡

ንሕነሰ ፡ ነሐውር ፡ በፍኖተ ፡ ንጉሥ ፡ ጽዱሕ ፡ አማናዊ ፡ ወኢናጸንን፡ ኢለየማን ፡ ወኢለፀጋም ፡ እምትምህርተ ፡ አበዊነ ፡ ፲ ወ ፪ ሐዋርያት ፡ ወጳውሎስ፡ፈልፈለ፡ጥበብ ፡ ወ ፸ ወ ፪ አርድእት ፡ ወ ፫ ፻ ፲ ወ ፰ ርቱዓነ፡ሃይማኖት፡ ዘተጋብኡ፡ በኒቅያ፡ ወ ፻ ፡ ወ ፶ ፡ በቍስጥንጥንያ ፡ ወ ፪ ፡ ፻ በኤፌሶን ፡፡ ከመዝ፡እሰብክ፡ወከመዝ፡ እሜህር ፡አነ፡ ገላውዴዎስ፡ ንጉሠ፡ዘኢትዮጵያ፡ወስመ፡ መንግሥትየ ፡ አጽናፍ ፡ ሰገድ ፡ ወልደ ፡ ወናግ፡ሰገድ፡ወልደ፡ናኦድ ፡፡

ወበእንተ ፡ ምክንያተ ፡ አክብሮትነ ፡ ዕለተ ፡ ቀዳሚት፡ሰንበት፡አኮ፡ዘናከብራ፡ ከመ፡አይሁድ፡እለ፡ሰቀልዎ፡ ለክርስቶስ፡ እንዘ ፡ ይብሉ ፡ ደሙ ፡ ላዕሌነ፡ ወላዕለ፡ ውሉድነ፡፡ እስመ፡እሙንቱሰ፡አይሁድ፡ ኢይቀድሑ ፡ ማየ ፡ ወኢያነድዱ፡ እሳተ፡ ወኢያበስሉ፡ ጸብኀ ፡ ወኢይሐብዙ፡ ኅብስተ፡ወኢይትፈለሱ፡እምቤት፡ውስተ ቤት፡፡ ወባሕቱ ፡ ንሕነሰ ፡ ናከብራ ፡ እንዘ ፡ ናዓርግ ፡ ባቲ፡ ቍርባነ፡ወንገብር፡ ባቲ፡ምሳሐ፡በከመ፡አዘዙነ፡ አበዊነ፡ሐዋ ርያት ፡ በዲድስቅልያ ፡፡ አኮ ፡ ዘናከ ብራ፡ከመ፡ሰንበተ፡እሑድ፡ እንተ፡ይእቲ፡ ዕለተ፡ ሐዳስ፡ ዘይቤ፡ ዳዊት፡በእንቲኣሃ ፡ ዛቲ፡ዕለት፡ እንተ፡ገብረ፡እግዚአብሔር ፡ ንትፈሣሕ፡ ወንትኃሠይ፡ባቲ፡፡ እስመ ፡ ባቲ፡ ተንሥአ፡ እግዚእነ፡ ኢየሱስ፡ክርስ ቶስ፡ ወባቲ፡ወረደ፡መንፈስ፡ቅዱስ፡ላዕለ፡ ሐዋርያት፡ በጽርሐ ፡ ጽዮን ፡፡ ወባቲ ፡ ተሰብአ ፡ ውስተ ፡ ከርሠ ፡ ቅድስት፡ማር ያም፡ድንግል፡በኵሉ፡ ጊዜ ፡፡ ወባቲ ፡ ይመጽእ፡ ዳግመ፡ ለዕሤተ፡ ጻድቃን፡ ወለ ፍዳ፡ኃጥኣን ፡፡

vivos & mortuos, & non erit finis regno ejus. Et credimus in Spiritum Sanctum, Dominum vivificantem, qui processit à Patre. (2.) Et credimus in unum Baptismum ad remisisionem peccatorum. Et speramus resurrectionem mortuorum ad vitam venturam in æternum *Amen.*

(3.) Nos autem incedimus in viâ Regiâ, planâ, verâ, & non declinamus neque ad dextram, neque ad sinistram, à doctrina Patrum nostrorum xii. Apostolorum : & Pauli fontis sapientiæ; & Lxxii. discipulorum ; & cccxviii. Orthodoxorum, qui congregati fuerunt Niceæ ; & cL. Constantinopoli, & cc. Ephesi (*congregatorum :*) (4.) Ita prædico, & ita doceo ego *Claudius Rex Æthiopiæ*, & nomen regni mei *Atznaf-saged*, (5.) Filius *Wanag-Sagedi*, (6.) Filius *Naodi*.

Quod verò attinet ad celebrationem nostram diei prisci Sabbati; (7.) Non sanè celebramus illud sicut Judæi, qui crucifixerunt Christum dicentes : Sanguis ejus sit super nos, & super liberos nostros. Quia illi Judæi neque hauriunt aquam, neque accendunt ignem, neque coquunt ferculum, neque pinsunt panem, neque migrant de domô in domum. Nos autem ita celebramus illud, ut offeramus munera ad mensam, & faciamus in eo cœnam, sicut præceperunt nobis Patres nostri Apostoli in Διδασκαλίᾳ. (8.) Non celebramus illud ita, sicut Sabbatum feriæ primæ, quæ dies est nova, de qua David ait: Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. Quia in ea resurrexit Dominus noster Jesus Christus; & in ea descendit Spiritus Sanctus super Apostolos in Oratorio Tzijonis, (9.) Et in ea incarnatus fuit in utero Sanctæ Mariæ Virginis perpetuæ ; & in ea veniet iterum, ad remunerationem justorum, & ultionem peccatorum.

ወበእንተ፡ Quod

ወበእንተ፡ሥርዐተ፡ ግዝረትኒ ፡ እኮ ፡ ዘንትገዘር ፡ ከመ ፡ አይሁድ ፡ እስመ ፡ ንሕነ ፡ ናአምር ፡ ቃለ፡ ምህሮሁ፡ ለጳውሎስ ፡ ፈልፈለ ፡ ጥበብ ፡ ዘይቤ ፡ ተገዝሮሂ ፡ ኢይበቍዕ ፡ ወኢተገዝሮሂ ፡ ኢያሠልጥ ፡ ዘእንበለ ፡ ዳእሙ ፡ ሐዳስ ፡ ፍጥረት ፡ ዝውእቱ ፡ አሚን ፡ በእግዚእነ ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ ፡፡ ወካዕበ ፡ ይቤ ፡ ለሰብአ ፡ ቆሮንቶስ፡ ዘሂ፡ ነሥአ፡ ግዝረተ፡ኢይንሣእ፡ቍልፈተ ፡፡ ኵሉ፡ መጽሐፈ፡ትምህርቱ፡ ለጳውሎስ፡ ሀለወ፡ በኀቤነ ፡ ወይሜህረነ ፡ በእንተ፡ ግዝረት ፡ ወበእንተ፡ ቍልፈት ፡፡ ወበሕቱ፡ ግዝረትሰ፡ዘኮነ፡በኀቤነ፡በልማደ፡ሀገር፡ከመ፡ ብጥኀተ ፡ ገጽ ፡ ዘኢትዮጵያ ፡ ወኖባ፡፡ ወከመ፡ስቍረተ፡እዝን፡ዘሰብአ፡ህንድ፡፡ ዘንተሰ ፡ ዘንገብር ፡ እኮ፡ በዐቂበ፡ ሕገገ፡ ኦሪት፡ዳእሙ፡በልማደ፡ሰብእ፡፡

ወበእንተ፡በሊዐ፡ሐራውያኒ፡እኮ፡ዘንትከላእ፡ በዐቂበ፡ ሕገገ፡ ኦሪት፡ ከመ፡ አይሁድ፡ ለዘኒ፡ በልዐ፡ ኢናስቆርር፡ ወኢናረኵሶ፡ ወለዘኒ፡ ኢበልዐ፡ ከመ ፡ ይብላዕ ፡ ኢናገብር፡፡ በከመ፡ጸሐፈ፡አቡነ፡ጳውሎስ ፡ ለብሔረ ፡ ሮሜ ፡ እንዘ ፡ ይብል ፡ ዘኒ ፡ በልዐ ፡ ኢይመንና ፡ ለዘኢይበልዕ ፡ ወለኵሎሙ ፡ እግዚአብሔር ፡ ተወክፎሙ ፡፡ መንግሥተ ፡ እግዚአብሔር ፡ ኢኮነት ፡ በመብልዕ ፡ ወበመስቴ ፡ ኵሉ፡ ንጹሕ ፡ ለንጹሓን ፡ ወእኩይሰ ፡ ለሰብእ፡ በሊዕ ፡ ምስለ፡ ዕቅፍት ፡፡ ወማቴዎስ፡ ወንጌላዊ ፡ ይቤ ፡ አልቦ ፡ ዘይክል፡አርኵሶቶ ፡ ለሰብእ ፡ ዘእንበለ ፡ ዘይወፅእ ፡ እምአፈሁ ፡፡ ወዘሰ፡ ውስተ፡ ከርሥ፡ ይበውእ ፡ ወይትገመር ፡ ጽመ ፡ ወይትገደፍ ፡ ወይትከዐው ፡ ወያነጽሕ ፡ ኵሉ ፡ መባልዕተ ፡፡ ወበብሂለ ፡ ዝንቱ፡ ቃሉ፡ ነሠተ ፡ ኵሎ ፡ ሕንጻ ፡ ስሕተቶሙ ፡ ለአይሁድ ፡ እለ ፡ ተምህሩ ፡ እመጽሐፈ ፡ ኦሪት፡፡

ሊተሰ ፡ ሃይማኖትየ ፡ ወሃይማኖተ ፡ ካህናት ፡ መምህራን ፡ እለ ፡ ይሜህሩ፡በትእዛዝየ ፡ በዐጸደ ፡ መንግሥትየ ፡ ወኢይትገኀሡ ፡ እምፍኖተ ፡ ወንጌል፡ ወእምትምህርተ፡ አቡነ፡ ጳውሎስ፡ ኢለየማን፡ ወኢለፀጋም፡፡ ወበመጽሐፈ፡ ታሪክኒ፡ ጽሑፍ፡ሀሎ፡ በመጽሐፈ፡ ዚኣነ፡ እስመ፡ ቆስጠንጢኖስ፡

Quòd verò attinet rationem circumcisionis; (10) non utique circumcidimus sicut Judæi; quia nos scimus verba doctrinæ Pauli, fontis sapientiæ, qui dicit: & circumcidi non prodest, & non circumcidi non juvat; Sed potius nova creatio, quæ est fides in Dominum nostrum Jesum Christum. Et iterum dicit ad Corinthios; qui assumsit circumcisionem, non accipiat præputium. Omnes libri doctrinæ Paulinæ sunt apud nos, & docent nos de circumcisione, & de præputio. Verum circumcisio est apud nos secundum consvetudinem regionis, sicut incisio faciei in Æthiopia & Nubia; & sicut perforatio auris apud Indos. Id autem quod facimus, non (*fit*) ad observandas leges Mosaicas; sed tantum propter morem humanum.

Quod autem spectat esum carnis suillæ, (11) non utiq; prohibemur eo, propter observationem legis Mosaicæ, sicut Judæi. Eum enim qui eâ vescitur non abominamur, neq; immundum judicamus. Neq; eum qui eâ non vescitur, ut vescatur cogimus. Sicut scripsit pater noster Paulus ad Romanos, dicens: Qui vescitur non contemnat eum qui non vescitur, Omnes enim Dominus suscipit. Regnum Dei non consistit in cibo & potu; omne mundum est mundis. Malum verò est homini edere cum scandalo. Et Matthæus Evangelista dicit: Nihil potest contaminare hominem, nisi quod egreditur ex ore ejus. Quidquid enim ingreditur in ventrem, atq; ventriculo retinetur, id tandem in abscessu ejicitur, & effunditur, & mundum reddit omnem cibum. Dum verò dixit ista verba sua, destruxit totam structuram erroris Judæorũ, qui docti fuerunt ex libro Legis Mosaicæ.

Mea verò Religio, & religio Presbyterorum doctorum, qui docent jussu mei in ambitu regni mei talis est, neq; recedant à via Evangelii, neque à doctrina patris nostri Pauli, (12) sive ad dextram sive ad sinistram. Et in libro *Tarich* (*dicto*,) scriptum extat in libro nostro; quod Constantinus

ቈስጠንጢኖስ፡ ንጉሠ፡ አዘዘ፡ በመዋዕለ፡ መንግሠቱ፡ ለኵሎሙ፡ እለ፡ ተጠምቁ፡ አይሁድ፡ ከመ፡ ያብልዕዎሙ፡ ሥጋ፡ ሐራውያ፡ በዕለተ፡ ትንሣኤሁ፡ ለእግዚእነ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ። ወባሕቱ፡ በከመ፡ አዳሞ፡ ልቡ፡ ለሰብእ፡ ይትኄረም፡ እመበሊዐ፡ ሥጋ፡ እንስሳ። ቦዘያፈቅር፡ ሥጋ፡ ዓሣ፡ ወቦ፡ ዘያፈቅር፡ በሊዐ፡ ሥጋ፡ ደርሆ። ወቦ፡ ዘይትኄረም እመበሊዐ ሥጋ፡ በግዕ፡ ወኵሉ፡ ዘከመ፡ አዳሞ፡ ልቡ፡ ይተሉ። ከመዝ፡ ውእቱ፡ ሥምረቱ፡ ወፈቃዱ፡ ለሰብእ። በእንተ፡ መብልዐ፡ ሥጋ፡ እንስሳስ፡ አልቦ፡ ሕግ፡ ወአልቦ፡ ቀኖና፡ ውስተ፡ መጽሐፈ፡ ሐዲስ፡ ኵሉ፡ ንጹሕ፡ ለንጹሓን። ወጳውሎስኒ፡ ዘሰ፡ የአምን፡ ኵሎ፡ ለይብላዕ።

ዘንተ፡ ኵሎ፡ ዘጽህቁ፡ ለጽሒፍ፡ ከመ፡ ታአምር፡ ጽድቀ፡ ሃይማኖትየ። ተጽሕፈ፡ በ፲ወ፭፻፡ በ፶ወ፭ ዓመት፡ እምልደተ፡ እግዚእነ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡ አመ፡ ፳ወ፫፡ ለሰኔ፡ በሀገረ፡ ደሞት።

Constantinus Rex (13) jusserit in diebus Regni sui, ut omnes Judæos baptizatos cibarent carne suillâ in die resurrectionis Domini nostri Jesu Christi. Verùm prout visum fuerit unicuique, abstinere potest ab esu carnis animalium. Sunt enim qui delectantur carne piscium, sunt qui amant edere carnem gallinarum, sunt qui abstinent ab esu carnis ovillæ, & quilibet sicut ei videtur, animum suum sequitur. Atq; ita se habet beneplacitum & voluntas hominis. De esu verò carnis animalium terrestrium, nulla lex nullus canon datur in Novo Testamento, Omnia munda sunt mundis. Et Paulus: Is autem qui credit, omnibus vescatur.

Atque istud est quod scribere volui, ut scias veritatem Religionis meæ. Scripta M.D.LV. Anno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi, die xxiii. Junii, in Regno Damot. (14)

Sequuntur breves Notæ ejusdem.

C*Laudius* Abissinorum Rex circa Annum 1540. ad Imperium pervenit; *Patri* suo *Davidi*, cognomento *Wanag-saged* dicto, succedens. Atrocissimum perpessus est bellum à *Graino* Adelensi, qui modicæ aliàs potentiæ Rex, maxima tum vi grassabatur; cæsisque aliquot exercitibus, vastum illud Imperium adeò debilitaverat, ut parum à ruina abesse videretur. Hic autem est ille ግራኘ ; in quem adeò invehitur *Tesfa Zijon*, editor Novi Testamenti, in Epilogo Evangelii Johannis, inquiens: መሠሪ : ግራኘ : ዘወገ : ጠሊ : ረዋዲ : ወደብዪ : በግዕ : *Veneficus ille Grain, socius hircorum: persecutor & oppressor ovium:* &, ob immanem vastationem ab eo factam, graviter lamentatur. Itaque Claudius in *Damotam*, quod Regnum ultra Nili fontes remotum, se recipiens, externa auxilia circumspiciebat, *Lusitanorum* maximè, quorum tùm inclytum nomen erat, & rei militaris magna fama. Missique fuerunt cohortes aliquot, quorum auxilio res benè gestæ. Sed de hujus belli eventu alibi; hæc dixisse sufficiat ad cognoscendam Confessionis hujus Æthiopicæ causam. Ex multis enim aliis colligo argumentis, eam in gratiam Lusitanorum conscriptam, quo certiores redderentur de puritate Fidei Christianæ, apud Æthiopes; neque forsan alienarentur, suspicione Judaismi, ob mores quosdam antiquitus usitatos. De quibus etiam aliunde mihi constat, illos non lege Mosaica; sed consvetudine & more gentis niti. Quo melius autem unus & alter locus intelligatur, breves hîc notas addemus, cætera in aliud tempus differentes.

1. Hoc cognomento gaudent & Reges & præcipuæ quædam familiæ Abissinorum;

norum; pro certissimâ enim habent traditionem illam de *Maqueda Regina Sabaea*, quod ex Salomone conceperit, filiúmque pepererit, omnium Æthiopiæ Regum stirpem atque parentem. Venisse quoque cum eâ Viros Nobiles, rerum agendarum ministros. Eorúmque posteros adhuc superesse, séque vocare ደቂቀ፡ እስራኤል፡ *Filios Israel.* Unde certè mirum non est, Judæos de Rege quodam suæ gentis ultra fluvium Sabbaticum in Æthiopia imperantis, fabulari, quamvis multùm erubescant Christianum eum esse intelligentes.

2. ዘሠረጸ፡ እምአብ፡ *Qui processit à Patre.*] Hoc verbo in præterito utuntur Æthiopes, cum tamen Joh. 15. 26. legatur ዘይወፅእ፡ እምኀበ፡ አብ፡ ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, *Qui à Patre egreditur.* Adhæc cum Ecclesia Græca, hanc phrasin de Deo Patre solummodo usurpant, constanter tamen affirmantes Spiritum Sanctum æque esse Spiritum Patris ac Filii, in una & individua Deitate, eúmque esse personam per se distinctam. (*vide Lexicon nostrum sub voce* ሀለወ፡) Haud raró tamen addunt ወይነሥእ፡ እምወልድ፡ *Et sumit de filio*, ex loco Joh. 16. 4. እስመ፡ እምዚአየ፡ ይነሥእ፡ *quoniam de meo sumet* &c. ex quo apparet, supposititium esse, quod in Liturgia Æthiopica Romæ impressa fol. 163. col. 4. legitur. ዘሠረጸ፡ እምአብ፡ ወወልድ፡ *Et filio.* Quin & Æthiops dixisset ወእምወልድ፡

3. Sufficere sibi credidit Rex Æthiopiæ breve Symbolum fidei Christianæ, simile illi, quod vulgò Apostolorum nomine circumfertur. Quod tamen apud Abissinos in usu non est, sed ejus loco utuntur Symbolo Nicæno, & vocant ጸሎተ፡ ሀይማኖት፡ *Orationem fidei*, eoque inter quotidianas orationes utuntur.

4. Tria tantum Concilia Oecumenica agnoscunt: *Nicenum*, *Constantinopolitanum*, & *Ephesinum*. *Chalcedonense* verò non admittunt; quod illos suspectos reddidit Eutichianismi. Verum Abissini Eutichiani non sunt, neque naturas in Christo confundunt, quod verò concilium quartum non admittant, ideò fieri aiunt, quod *Dioscorus Alexandrinus* in eo fuerit injustè condemnatus, non satis intellectus, neque satis auditus. Præter illa tria tamen & alia admittunt Concilia, veluti ዘቂሳርያ፡ *Cæsariense.* ዘጋንግራ፡ *Gangrense.* ዘአንጾኪያ፡ *Antiochenum.* ዘሎዶቅያ፡ *Laodicenum.* ዘሰርዲቄ፡ *Sardicense.* ዘአንቂራ፡ *Ancyranum.* Quorum Canones in volumine quodam conscriptos Rex *Zara-Jacob* Hierosolymâ misit circa Annum Christi 1438.

5. Solent Abissini Regibus suis, tempore inaugurationis, boni ominis causa, cognomentum quodpiam, in lingua vulgari significativum, acclamare; quod *nomen Regni* vocant; idque plerumque prævalet nomini in baptismate accepto. Cæterum *Atznaf-saged* per ellipsin quandam significat *Venerabilem usque ad terminos terræ.*

6. *Wanag-saged*, sive ዕንቍ፡ ሰገድ፡ *gemmam pretiosam* significare puto. Iste autem Rex in Historia Alvarezii & Pauli Jovii aliàs vocatur *David*; cognomento *Atani (rectiùs Itana) Dinghil:* ዕጣን፡ ድንግል፡ Item ልብነ፡ ድንግል፡ *Libna Dinghil.* Cæterum Claudius sine liberis obiit, igitur Frater *Minas* cognomine *Adamas-saged* ei successit, cujus pronepos *Basilides* nunc rerum potitur; uti ex brevi Genealogia, quam aliàs plenius edemus, apparet.

R. ናዖድ : *Naod.*

R. ዳዊት : aliàs ወናግ : ሰገድ : *Wanag-ſaghed.*

R. *Claudius* ገላውዴዎስ : *ἅπαις*

R. ሚናስ : vulgò አደማስ : ሰገድ : *Adamas-ſaghed.* malè *Adam.*

R. ሠርጸ : ድንግል : cognom. መለክ : ሰገድ : ፋሲለደስ : *Baſilides.*

R. ያዕቆብ : Communiter ታፄ : ያዕቆብ : vocatur, & in prælio contra Patruelem *Suſneum* occubuit : liberi variis caſibus perierunt.

R. ሡስንዮስ : *Suſneos.*

R. ፋሲለደስ : *Baſilides*, quem adhuc in vis eſſe puto.

7. *Sabbatum* :] Obſervant ſanè Æthiopes utrumque Sabbatum, vetus & novum. Non ex lege Moſaica; ſed ex vetuſtiſsimo primorum Chriſtianorum uſu, qui idem factitabant. Longè tamen ſanctiùs *diem Dominicam* quàm Sabbatum celebrant. In hoc enim à nullo alio, quam agreſti opere, ut aratione & ſimilibus, feriantur.

8. Διδασκαλία : *Doctrina.* Æth. ትምህርት : Græcum vocabulum eſt; quorum aliqua cum religione Chriſtiana invecta fuêre; Hoc loco libri nomen eſſe colligo, qui ejuſmodi titulo inſignitur, *Apoſtolica Doctrina*, non quidem ratione cauſæ efficientis; ſed ratione authoritatis & analogiæ.

9. Valde probabilis eſt ſententia eorum, qui ſtatuunt, Apoſtolos ἐν τῇ πεντηκοστῇ, cum Spiritus Sanctus ſuper eos deſcenderet, non in domo aliqua privata; ſed in templo congregatos fuiſſe, nam τὸν οἶκον ut alibi paſsim, ita etiam *Act.* 2. 2. *templum* καθ' ἐξοχὴν ſignificare. Non quidem unam ex tribus illis præcipuis templi partibus, ubi preces & ſacrificia fiebant; ſed auditorium quoddam, quorum plurima juxtà ædificata, & templo contigua erant. Iſta ſententia non tantùm confirmari, ſed & auditorio certum nomen hoc locô dari videtur; tanquam ጽርሐ : ጽዮን : *Oratorium Zijonis* dictum fuerit.

10. *Circumciſionem* apud Abiſsinos ritum ſacrum non eſſe, aliis etiam conſtat argumentis; Perficitur enim privatim à muliercula, arbitris remotis. Quid quod etiam fœmellis aliquid, quod ſuperfluum naturæ putant, abſcindatur; unde patet morem magis profanum, quàm religioſum eſſe.

11. Sunt quidem in ſelectu ciborum Æthiopes paulò ſuperſtitioſiores. Nam præter carnem ſuillam plerique nec leporem, nec Gallo-pavonem; nec Aſtacos, aut Carabos, nec quidquam ex teſtaceo genere comedere conſveverunt. Idque nulla quidem lege prohiberi, ſe tamen inſvetos horum ciborum prædicant.

12. *Pater noſter Paulus* :] Hoc titulo quemlibet Apoſtolorum & Antiſtitum ſolent condecorare.

13. Innuere vult Rex Æthiopiæ, ſe non probare *Conſtantini* Græcorum Imperatoris factum, de quo Hiſtorici Arabes *Elmacinus* & *Patricides* in Hiſtoria ſuâ Eccleſiaſtica referunt : *Illum ad explorandam fidem Judæorum, nuper converſorum, juſsiſſe unicuique, è templo egredienti, offerri fruſtulum carnis ſuillæ, quod ſi quis comedere detrectaverit, illico confoſſum fuiſſe.* Exſcribere lubet

Iubet unum atque alterum locum, quo plenius cognoscatur historia vix alibi reperta:

Ex Elmacino.

ورسم قسطنطين الملك ان لا يسكن
اليهود ببيت المقدس وكلمن لا ينتصر
يقتل وتنصر خلق كثير خوفا من
القتل *فكانوا في الباطن يهود فبلغ
ذلك قسطنطين الملك واستشار
البطرك فقال له البطرك ان اليهود لا
ياكلوا لحم الخنزير ابدا فيامر الملك ان
يذبح خنازير كثيرة وتطعم اليهود
منها فمن لا ياكل علم انه مقيم علي
اليهودية فامر قسطنطين ان يعمل ذلك
في يوم عيد الفصح ويجتمعون الي
الكنيسة وكل من خرج من الكنيسة
يطعم ومن لا ياكل يقتل *فقتل من
اليهود في ذلك اليوم خلق كثير*

Interpretatio Latina.

Et dixit Constantinus Imperator ne habitarent Iudæi Hierosolymis. Et quicunque non Christianus fieret, morte mulctaretur. Et Christiani facti sunt plurimi metu cædis, fuerunt autem secretò Judæi. Et intellexit istud Constantinus Imperator, et percunctatus est Patriarcham. Et dixit ei Patriarcha, quod Judæi non vescerentur carne suillâ in æternum. Itaque juberet Imperator mactari sues multas, quo gustarent Judæi de illis, & quicunque non ederet, indicium esset, quod ille persisteret in Judaismo. Et jussit Constantinus, ut fieret hoc die festo Paschatos, & congregarentur in templo; Et quicunq; egrederetur ex templo, gustaret, et qui non comederet, interficeretur. Et interfecti sunt è Judæis illo die magna pars.

Ex Patricide.

وامر قسطنطين الملك ان لا يسكن
يهودي في بيت المقدس ولا يجوز بها
وكل من لا يتنصر يقتل* فتنصر من
الامم والمهود خلق كثير وظهر
دين النصرانيه * فقيل لقسطنطين
الملك ان اليهودي من فزع القتل
تنصروا وهم علي دينهم* فقال الملك
كيف لنا ان نعلم ذلك فقال له بولس
بطريرك القسطنطيني ان الخنزير في
التوراة حرام واليهود لا ياكلونه فتامر
ان تذبح الخنازير وتطبخ لحومها
ويطعمون منه هذه الطايفه ومن لا
ياكل منه علمت انه مقيم علي دين
اليهوية * فقال قسطنطين الملك ان
كان الخنزير في التوراة محرما فكيف
يجوز لنا ان ناكل لحمه ونطعمه
للناس

Et præcepit Constantinus Rex, ne habitaret Judæus Hierosolymis, neque toleraretur ibi, & quicunque non Christianus fieret, interficeretur. Et baptizati fuerunt, è gentibus & Judæis pars magna; sed simulaverunt religionem Christianã. Et dictum fuit Constantino Regi, quod Judæi metu cædis Christiani facti essent, & tamen persisterent in religione sua. Et dixit Rex; quo pacto comperiemur istud. Et dixit ei Paulus Patriarcha Constantinopolitanus, quod porci in lege Mosaica interdicti essent, & quod Judæi non vescerentur illis. Itaque jube ut mactentur porci, & coquantur carnes eorum, & gustet de iis istud hominum genus. Et qui non ederit de iis, cognoscatur, quod persistat in Judaismo. Et dixit Constantinus Rex: Si porci lege Mosaicâ vetiti sunt, quomodo permittitur nobis, ut edamus carnem eorum, & permittimus eâ vesci hominibus.

للناس فقال له بولس البطريرك ان
سيدنا المسيح قد ابطل ساير ما في
التوراة وجانا بتوراة جديده الذي هو
الانجيل *

hominibus. Et dixit ei Paulus Patriarcha: quod Dominus noster Christus jam pridem abrogaverit ritus, qui in lege sunt, & statuerit legem novam, quæ est Evangelium.

Hic sequitur prolixa ex Evangeliis, Actis & Epistolis Apostolorum dissertatio, de sublato ciborum in Nov. Testam. discrimine: postea redit ad historiam eamque his claudit verbis:

فامر الملك ان تذبح الخنازير وتطبخ
لحومها و تقطع صغارا وتصير على
ابوب الكنايسة في ساير مملكتهم في يوم
احد الفصح وكل من خرج من الكنيسة
يلقم لقمة لحم خنزير ومن لم ياكلها يقتل
وقتل في ذلك اليوم خلق كثير

Et jussit Rex, ut mactarentur porci, & coquerentur carnes eorum, et dissecarentur minutim, idque fieret ad portas templorum, in cæteris etiam regni partibus, die primo Paschatis. Et quicunque egrederetur ex templo, deglutiret buccellam carnis suillæ; & qui non ederet eam, interficeretur, & interfecti fuerunt eo die plurimi.

Fuit utique Constantino promptum ad asperiora ingenium; nam & aliàs veteres pœnas auxit, & novas instituit, uti ex Constitutionibus illius apparet. *vide Sozomen. Histor. Eccles. lib. 1. c. 8.*

14. *Damot:*] In Tabulis Damute. Regnum multo auro ferax, Walekæ conterminum, & Nilo amne à Gojama discretum.

LITURGIA S. DIOSCORI

PATRIARCHÆ ALEXANDRINI,

In vetusto Liturgiarum Æthiop. Cod. MSS. Cl. Dn. D. *Edw. Pocokii* reperta.

Nunc verò impressa, & Latinitate donata à *J. M. W. Erffurtensi.*

አኰቴተ፡ቍርባን፡ዘቅዱስ፡ዲዮስቆሮስ።
⚜⚜⚜⚜መቅድም ፡ ዓለም፡ ወእስከ፡ለዓ
⚜ እ ⚜ ለም ፡ ሀሎ ፤ እግዚአብሔር ፡
⚜⚜⚜⚜ በመንግሥቱ ፡ እግዚአብሔር ፡
በትስልስቱ፡እግዚአብሔር ፡ በመለኮቱ።
እመቅድመ፡

Consecratio Oblationis * S. Dioscori.

⚜⚜⚜⚜ *Seculo & usque in seculum est Dominus in Regno suo; Dominus in Trinitate sua; Dominus in Divinitate sua. Antequam*

* i. e. Administratio Cœnæ Dominicæ.

እምቅድመ፡ጎህ፡ ወጽባሕ፡ እምቅድመ፡ መዐልት፡ ወሌሊት፡ ወእምቅድመ፡ ይትፈጠሩ፡መላእክት፡ሀሎ፡እግዚአብሔር ፡ በመንግሥቱ፡፡ እምቅድመ፡ይትረበቡ፡ሰማያት ፡ ወእምቅድመ ፡ ያስተርኢ ፡ ገጸ ፡ የብስ፡ወእምቅድመ፡ይብቍሉ፡ አሕመልማላት ፡ ሀሎ ፡ እግ ፡ በመንግሥቱ ፡፡ እምቅድመ፡ፀሐይ፡ወወርኃ፡ወከዋክብት፡ ወእምቅድመ ፡ ሚጠታት ፡ ዘብርሃናት ፡ ሀሎ፡እ፡በመ፡፡ እምቅድመ፡ እንስሳ፡ዘይትሐወስ፡ ወእምቅድመ ፡ አዕዋፍ ፡ ዘይሳረር፡ ወእምቅድመ፡ አራዊት ፡ ዘባሕር ፡ ሀሎ፡እግ፡በመ፡፡ እምቅድመ፡ይፍጥሮ፡ ለአዳም፡በዘዚኣሁ፡አርአያ፡ ወአምሳል፡ ወእምቅድመ፡ይዕሉ፡ትእዛዘ፡ሀሎ፡ እግዚእ፡በመንግሥቱ፡፡

ስብሐት ፡ ለአብ፡ ወወልድ፡ ወመንፈስ፡ ቅዱስ፡ለዓለመ፡ዓለም፡፡

* ይብል፡ ዲያቆን ፡ ይ፡ዲ፡ * በእንተ፡ብፁዕ ፡

* ካህን፡ [ካ፡] * ይስማዕ፡ሰማይ ፡ ወታጽምዕ፡ ምድር ፡ ወይደንግፁ፡ መሠረታተ፡ ሕምዝ፡፡ በፈቃደ፡አቡሁ ፡ ወረደ ፡ ኀበ ፡ *

* Hiatus in MSS. ——–—ተአንገደ ፡ በድንግልና ፡ ንጹሐ ፡ እግዚአብሔር ፡ ተወልደ፡፡ በጎለ ፡ እንስሳ ፡ ተወድየ ፡ አምኃ ፡ ንግሡ፡ተወፈየ ፡ ወከመ፡ሕፃናት፡በከየ፡እንዘ፡ይስእል፡አምእጥባተ፡እሙ፡ሲሳየ፡፡ አንሶሰወ ፡ከመ፡ ሰብእ፡ ወአስተርአየ፡ገሀደ ፡ በበህቅ፡ ልሕቀ፡ በ ፴ ፡ ክረምት ፡ በዮርዳኖስ ፡ ተጠምቀ፡ ከመ፡እንተ፡ብእሲ፡ ለጸዊም ፡ በውስተ፡ ገዳም፡ ሀደረ፡፡ እምኀበ ፡ ዲያብሎስ፡ተመከረ፡፡ በኀይለ፡ መለኮቱ ፡ መኳንንተ፡ጽልመት፡ ሠዐረ፡ * (ቅዱስ፡ ቅ፡ቅ፡ እግዚአብሔር ፡ በሠለሴሁ ፡) እንዘ፡ንጉሠ ፡ ለሊሁ ፡ አርአየ ፡ ትሕትናሁ፡ከመ፡ ገብር፡፡ ሰፍሐ፡እደዊሁ፡ዘለሐኮ፡ሰብአ ፡ ከመ ፡ ያግዕዞ ፡ ሰብእ፡እምአርዑተ፡ ኃጢአት ፡

* restitutum est aliud n. videbatur esse.

በይእቲ፡ሌሊት፡እንተ፡ባቲ፡አመ፡ያገብእዎ፡ኀሠአ፡ኅብስተ፡በዕደዊሁ፡ቅዱሳት፡ ወንጹሐት፡እለ፡እንበለ፡ነውር፡፡ አንቃዕ

Antequā Aurora et diluculum, antequā dies & noctes (essent,) *antequam crearentur Angeli, fuit Dominus in regno suo. Antequam expanderentur cæli, & antequam appareret facies aridæ, et antequam germinarent herbæ, fuit Dom. in regno suo. Ante Solem & Lunam & Stellas, & ante circuitus Luminarium, f. Dom. in Reg. suo. Anteq. animalia quæ repunt, & antequam aves quæ volant, & anteq. belluæ maris* (essent;) *fuit Dominus in Regno suo. Antequam crearetur Homo* (a) *ad imaginem & similitudinem ejus, & anteq. transgrederetur præceptum, fuit Dom. in Regno suo.*

Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto, in secula seculorum.

Dicit Diaconus, *Pro beato &c.* (b)

(S.) (c) *Audiat cælum, & auscultet terra, & contremiscant fundamenta fortium.* (d) *Beneplacitô Patris sui descendit ad* —— (e) *peregrinus fuit. In Virginitate immaculata Deus natus est. In cavernam pecudum illatus est. Munera regii sui honoris accepit. Instar infantum flevit, poscens ab uberibus matris suæ alimentum. Ambulavit sicut homo, & manifestò visus fuit. Sensim adolevit. xxx°. anno in Jordane baptizatus fuit. Planè ut vir jejunans, in deserto habitavit. A Diabolo tentatus fuit. Virtute Divinitatis suæ Principes tenebrarum dispersit. (Sanctus S. S. Dominus in Trinitate sua.) Quamvis Rex* (esset, tamen) *ostendit humilitatem suam instar servi. Expandit manus suas, quæ creaverunt Hominem, ut liberaret homines de jugo peccati.*

In illâ nocte, in qua tradiderunt ipsum, (f) *sumsit panem in manus suas sanctas, puras & immaculatas. Suspe-*

(a) κατ' ἐξοχὴν, *i. e.* Adam. (b) Oratio est pro statibus Ecclesiastico, Politico & Oeconomico. *Vide eam in Miss. Æth. ad Nov. Test. Romæ impress. fol.* 163. *col.* 1. *&* *f.* 164. *c.* 2. Noluit autem S. Dioscorus novas precationes fingere, quod, cum Patriarcha esset, optimo jure facere potuisset, sed communibus & in Ecclesia receptis utitur, eæque hîc, quamvis per prima initia tantùm, citantur. (c) Sacerdos *sc. dicit.* (d) *dub. sign.* (e) *in Cod. MSS. hiatus est.* (f) Judæi.

ደወ : ሰማየ : ኀቤከ : ኀበ : አቡሁ ፡
አእኰተ ባረከ፡ወፈተተ፡ ወወሀቦሙ፡ ለእ
ሊኣሁ፡ለአርዳኢሁ፡ ቅዱሳን፡ ወለሐዋር
ያቲሁ፡ ንጹሓን፡ ወይቤሎሙ : ንሥ
ኡ፡ብልዑ፡ዝኅብስት፡ሥጋየ፡ውእቱ፡ ለ
ዘበእንቲአክሙ፡ ይትፌተት፡ ለህድገተ :
ኀጢአት ፡፡ ወካዕበ፡ቶስሐ፡ማየ፡ ወወ
ይነ : አእኰተ : ባረከ : ወቀደሰ : ወመጠ
ዎሙ፡ለእሊኣሁ፡ለአርዳኢሁ፡ ቅዱሳን፡
ወለሐዋርያቲሁ : ንጹሓን : ወይቤሎሙ፡
ንሥኡ : ስትዩ : ዝጽዋዕ፡ ደምየ፡ውእቱ፡
ለዘበእንቲአክሙ : ይትከዐው፡ለስርየተ፡
ኀጢአት ፡፡

አኀዝዎ : አይሁድ : ወአቀምዎ :
ውስተ : ዐውድ : ለዘሎቱ : ይቀ
ውሙ : ሊቃነ : መላእክት : በፍር
ሃት፡ ወበረዓድ ፡፡ ሰቀልዎ : ዲበ : ዕፅ፡
ወቀነውዎ : በቅንዋት : ወኰርዕዎ :
ርእሶ : በሕለት : ረገዝዎ : ገቦሁ :
በኲናት : አስተይዎ፡ ለጽምዑ፡ ሐሞተ፡
ወከርቤ፡ቱሱሐ፡ዘአስተዮሙ፡ ለ ፲ ኤል፡
* እም ፩ እብን፡ለሰብአ፡ዓይን፡፡ ሞተ፡
ዘኢይመውት፡ሞተ፡ከመ፡ይስዐር፡ለሞት፡
ሞተ፡ከመ፡ያሕይዎሙ፡ለሙታን፡በከመ :
አሰፈዎሙ፡በቃለ፡ኪዳን፡፡ ለውረድዎ፡እ
ምዕፅ፡ ወገነዝዎ፡በሰንዱናት፡ ወቀበርዎ :
ውስተ፡መቃብር ፡፡ አመ፡ሣልስት፡ዕለት፡
ተንሥአ : እሙታን : ቦአ : ኀበ፡ ሀለዉ፡
አርዳኢሁ : ጉቡዓን : ወአስተርአዮሙ :
በጽርሐ : ጽዮን፡፡ በ ፵ : ዕለት፡ አመ፡
የዓርግ : ሰማየ : አዘዞሙ : እንዘ : ይ
ብል : ጽንሑ : ተስፋሁ : ለአብ ፡፡ ወበ ፶
ዕለት : አውረደ : ሎሙ : መንፈስ : ቅዱ
ስ : ከመ : ዘዕሳት : ወተናገሩ : በነገረ :
ኵሉ : በሐውርት ፡፡ ውእቱ : መንፈ
ስከ፡ፈኑ፡ዲበ፡ዝንቱ፡ ኅብስት፡ ወላዕለ
ዝ፡ጽዋዕ፡፡ በግዕ፡ይምጻእ፡ ወንርአዮ፡
በትዕይንት : ወንጥብሖ፡ በልዕዳው፡ወንት
ፌሣሕ፡ቦቱ፡፡

ወኢይምሰሎ፡ ፩ እምኔነ፡ከመ፡ዘይበ
ልዕ፡ሥጋ፡ዘንተ፡ሥጋ፡ዘእንበለ፡ደም፡ወመ
ንፈስ፡፡ ወሶበ፡ይሰቲ፡ዘንተ፡ጽዋዓ፡ደመ፡

ባሕቲቶ፡

xit cælum, eò ubi Pater ejus (est.) *Gratias egit, benedixit & fregit, & dedit illis. Discipulis* (np.) *suis sanctis, & Apostolis suis puris, & dixit illis: Accipite, comedite, iste panis corpus meum est, id quod pro vobis frangitur, in remissionem peccatorum. Similiter quoq; miscuit vinum & aquam; gratias egit, benedixit, sanctificavit & dedit illis, Discipulis* (np.) *suis sanctis, et Apostolis suis puris, et dixit illis: Accipite, bibite, Iste calix sanguis meus est, is qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum.*

Comprehenderunt ipsum Judæi, et statuerunt ipsum in judicio, coram quo stant Archangeli cum timore et tremore. Suspenderunt eum in ligno, et perterebrarunt ipsum clavibus. Percusserunt caput ejus arundine. Foderunt latus ejus lanceâ. Sedarunt sitim ejus felle mirrhâ mixto; qui potavit Israelitas exploratores ex una petrâ. Mortuus est cum esset immortalis; Mortuus est, ut mortem auferret; Mortuus est ut vivificaret mortuos, prout promisit illis in verbo fœderis. Deposuerunt ipsum de ligno, (f) *& involverunt* (ipsum) *in sindone, & sepelierunt* (ipsum) *in sepulchro. Tertia die resurrexit à mortuis. Venit* (eò) *ubi discipuli sui erant congregati, Et apparuit illis in Atrio Zijonis. XL°. die quo ascendit in cælos jussit illos, dicens: Expectate promissionem Patris. Et L°. die demisit illis Spiritum Sanctum acsi ignis esset, Et loquuti sunt linguis omnium Regionum. Illum Spiritum tuum mitte super hunc panem, & (super hunc) calicem. Veniat Agnus,* (g) *& videamus illum in castris,* (h) *ut mactemus illum, & lætemur in illo.*

Ne a. videatur cuidam ex nobis quasi corpus hoc quod comedit, (sit) *corpus absque sangvine & spiritu. Et dum bibit calicem hunc,* (quod sit) *sangvis*

* i.e. እስ ራኤል:

(f) cruce. (g) Paschalis. (h) *sc.* nostris.

tantùm

ባሕቲቶ ፡ ዘእንበለ ፡ ሥጋ ፡ ወመን
ፈስ ፡፡ አላ ፡ ሥጋ ፡ ደም ፡ ወመንፈስ ፡
በከመ ፡ ኮነ ፡ መለኮቱ ፡ ዘምስለ ፡ ትስብ
እቱ ፡ ፩ ፡፡

ደሚረከ ፡ በል ፡
ሀበነ ፡ በል ፡
ጸሎተ ፡ ፈትቶ ፡

እስመ ፡ ኢመነነ ፡ ወኢተቀጥዓ ፡
ዕለተነ ፡ ወኢያርሐቀ ፡ ሣህሎ ፡ እም
ኔነ ፡ እስመ ፡ መሐሪ ፡ ውእቱ ፡ እግዚአ
ብሔር ፡ አምላክነ ፡

* ጸልዩ ፡ (ጸ፡) * እወ ፡ እግዚኦ ፡ እግዚአ ፡ ኵሉ ፡
እወ ፡ እግዚኦ ፡ አምላከ ፡ ኵሉ ፡ እወ ፡
እግዚኦ ፡ መላኪ ፡ ኵሉ ፡፡ እወ ፡ እግዚኦ ፡
ፈጣሬ ፡ ኵሉ ፡ እወ ፡ እግዚኦ ፡ አኃዜ ፡
ኵሉ ፡ እወ ፡ እግዚኦ ፡ ጸባጤ ፡ ኵሉ ፡
እወ ፡ እግዚኦ ፡ መድኃኔ ፡ ኵሉ ፡ እወ ፡
እግዚኦ ፡ ንጉሠ ፡ ኵሉ ፡ እወ ፡ እግዚኦ ፡
መሴስዮ ፡ ኵሉ ፡፡

በከመ ፡ ደመርከ ፡ ሥጋ ፡ ወልድከ ፡
ውስተ ፡ ሥጋ ፡ ዚአነ ፡ ወበከመ ፡ ቶሰ
ሕከ ፡ ደመ ፡ መሲሕከ ፡ ውስተ ፡ ደመ ፡
ዚአነ ፡ ከማሁ ፡ ደምር ፡ ፈሪሆተከ ፡ ው
ስተ ፡ አልባቢነ ፡ ወሰነ ፡ አምልኮትከ ፡
ውስተ ፡ ህሊናነ ፡፡ ንሕነሰ ፡ ሥጋው
ያን ፡ ንሔሊ ፡ ዘሥጋ ፡ ወንገብር ፡ ግብ
ረ ፡ ሥጋ ፡ ወነሐውር ፡ በፍናተ ፡ ሥጋ ፡፡
አንተ ፡ ውእቱ ፡ መሐረነ ፡ ሕገ ፡ መን
ፈስ ፡ ወአለብወነ ፡ ምግባረ ፡ መንፈስ ፡
ወምርሐነ ፡ አንተ ፡ ፍናተ ፡ መንፈስ ፡፡
እስመ ፡ ለነ ፡ ለኃጥአን ፡ ለእመ ፡ መሐ
ርከነ ፡ ትሰመይ ፡ መሐሬ ፡፡ ለጻድቃን ፡
እምስነ ፡ ምግባሮሙ ፡ ትምሕሮሙ ፡
ወትሴስዮሙ ፡ በከመ ፡ ጽድቆሙ ፡፡
ኢትዝክር ፡ ለነ ፡ አበሳነ ፡ ዘትካት ፡
ፍጡነ ፡ ይርከበነ ፡ ሣህልከ ፡ እግዚኦ ፡፡
ኀቤከ ፡ ንጸርሕ ፡ ኀቤከ ፡ ነአውዩ ፡
ኀቤከ ፡ ንትመሀለል ፡ ለዓለመ ፡ ዓለም ፡፡

tantum absque corpore & spiritu; Sed corpus sanguis & spiritus (est) *Prout est Deitas ejus, qua cum humanitate unum* (est.)

Unionem tuam &c. dic.
Da nobis &c. dic.
Oratio (in) *fractione.* (i)

Quoniam non sprevit, nec aversatus est tempora nostra, nec elongavit misericordiam suam à nobis. Nam misericors est Dominus Deus noster.

O. (k) *Utiq; Domine* (tu) *Domin⁹ omnium* (es;) *Utiq; Domine gubernator omnium; Utiq; Domine creator omnium; Utiq; Domine qui comprehendit omnia. Utiq; Domine qui ad venerationem inducit omnes. Utiq; Domine Salvator omnium; Utiq; Domine Rex omnium. Utiq; Domine* (tu) *altor omnium* (es.)

Quemadmodum inseruisti corpus Filii tui in corpora nostra; Et quemadmodum miscuisti sanguinem Messia tui in sanguinem nostrum: Sic quoque insere in corda nostra timorem tuum, & pulchritudinem venerationis (l) *tua in animos nostros. Nos n. carnales cogitamus carnalia, & facimus opera carnis, & incedimus in via carnis. Tu ipse* (verò) *doce nos legem Spiritus, et intelligere fac nos opera spiritus, Et duc tu nos* (in) *via spiritus. Nam nobis peccatoribus si misertus fueris, vocaberis misericors. Justorum propter bonitatem operum illorum miserere, & rependeillis secundum justitiam illorum. Ne memineris nostrum, secundum peccata nostra vetera, citò eveniat nobis clementia tua Domine. Te invocamus, ad Te clamorem flebilem elevamus, Tibi supplicamus. In secula seculorum.*

(i) *Hic iterum preces communes citantur, vide eas Miss. Rom. fol.* 165. *col.* 4. (k) Orate. (l) cultus tui.

F I N I S.